



$4^{\circ}$  Inc. lat. 863

(fromer:

$4^{\circ}$  P. lat. rec. 412 = S. N. 46.)

(1 = 1502)

2 = Ham 2376

= JW 3, 5 p. 348

Holsdorq fuit: onide quæ Verbi hinc fendi mod. A subi. & amboho  
apostoli Parthenice Catharinaria fratris Baptiste  
abantuanus ab Ascensio familiariter exposita.



ICHAN DETIT

Venditur Parisiis in vico sancti Iacobi in Leone argenteo: & inter vicum cytharae & portæ sancti Michaelis in Asino diuersi colore: vulgariter a lasne raye. Et rursus Andegauis ab Ioanne alexandro a la chaussee saint pierre.

Hain 2376

g 0 3, sp. 348 [= 1502]

Iodocus Badius Ascensius Henrico Valluphino: atriū professori  
argutissimo: & ciuitatis lugdunēsis ludimago p̄stātissimo: amicoq̄  
optimo S.P.D.

**D**Arthenicen catharinariā Baptiste Mātuani s̄eculī nostri nī  
mirum speciminis: pro instituto nostro q̄ facillime interp̄:  
tatuō: primus mortalium occuristi mihi Valluphine di-  
sertissime: cui opelle tātillū nuncupemus. Vel q̄ in tuo ludo studio-  
se lugdunensium pubi eam superiori anno professi sumus: vel quia  
diuē virginis ac martyris: litteratorūq̄ presidis incōparabilis: semp  
(vt decuit) obseruantissimus vixisti: atq̄ vti deū precor) in nestori-  
os annos vīcturus es. Fā etenim rem & tuę iuuētū quā ibūēdam suis  
cepisti gratam: & tuę obseruationi nō iniuctūdā fore cōector. Gra-  
tam quidem q̄ simul & presidis suae vitā: & literaturā p̄stantiā: & mo-  
rum fāctitatem: & fidei integratam addiscāt: Iucūdā vero: q̄ in-  
dulgentissime & identidē ab s̄ te dilecta virginis: laudes per eā vtcū  
q̄ pauctū iri perspicias. Nam nisi me spes fallit longe plures excellen-  
tissimi vatis opera post hac lecturi sunt: presertim cū fere cultioris vi-  
tę studiosiores: litteraturā negligētores habeantur. Nūc vero ne-  
mo tam parum litteratus est: dūmodo latini sermonis penit⁹ expers  
non sit: qui per nostram ex planatiunculā sensa poetæ nō vtcūq̄ pro  
captu. s. quisq̄ suo accipiat. Neq̄ tamen iniuriā pitoribus factam a  
nobis arbitror: q̄ quæ ipsi etiā cultiora forsan excogitarint vulgo  
exposuerimus & quasi eleusina sacra p̄stituerimus: Nihil enī hic est  
magnō & perspicaci quale tibi Valluphine tuiq̄ similib⁹ est: ige uio-  
dignū. exposita: p̄trita atq̄ vulgata fūnt q̄ ponimus omnia: sed ta-  
men quę adhuc ibecillulos latebant: quorum ignorantię suēcurrere  
nullā inuidiā duximus At iustis cōmetariis archana poetę sensa: ad  
mirabile cū summo decore artificium sententiarū vberitate: verboq̄  
non morosam elegantiā & subinde diligentē negligētiā figurarum  
colorūq̄ tā varios tamq̄ splendidos ornatus consequi. nō cuius ho-  
minī: sicut nec olim corinthum adire: datū est. Neq̄ vero si nobis in-  
terpretandū esset opus: aptiora forsa & argutiora defuerint. Sed fi-  
nem facio: tu vero henrice suaissime: p̄ humanitate tua: amiciciag  
nostra: boni consules scio: nostrasq̄ lucubratiunculas tam tenues tā  
q̄ (vt nonnullis forsan videbuntur) nihil: amico sinu confouebis:  
quod quia futurum certo scio inuidorū rumusculos minoris q̄ floc-  
ci facimus: Vale amicoru intime. Ex gymnasio parrifiano ad No-  
nas Augusti anno dñi. M. CCCCXCIX.



**CLARISSIMO** viro. D. Bernardo Bembo Patricio veneto In  
re consulto Frater Baptista Mantuanus Carmelita. S.P.D.

**B**EATISSIME virginis & martyris Catharinae vitâ nup romae  
dū tu apud Innocentiū Pōti. Maximū prep. tua splendi-  
dum oratoris munus obires : heroico carmine cōplexus  
sū: opusculum (vt mihi videtur) piū magis q̄ elegans: & imaturū po-  
tius q̄ p̄maturū. Nā mea in te charitas tuis in me beneficiis excitata  
dū tuo desiderio nimis ardenter satisfacere cupit: p̄termis̄a diutur =  
ne līmē diligentia & labore corrigēdi p̄cipitauit editionem. Sed  
age placeat celeritate si nō placet eloquio: Quadraginta eī & nō am  
plius diebus opus absolutū est: dū propter estiūum iustitium nego-  
cīs intermissis curamus ocia canicularia salubriter cum aliqua stu-  
diorū fruge transfigere. Tibi igitur vir p̄stātissime liberisq; tuis li-  
bellus iste dicat̄ est: ante tibi debitus q̄ cōditus. Muneris tenuitatem  
poterunt excusare meus īgēs anim⁹ & curta supellex: animi tuī mo-  
destia ac summa liberalitas quē ab amico paupere xenia p̄ciosa nō  
expectat. & de hoc haec tenus. Miror pfecto nec parū miror de hac ta-  
li ac tanta virginei cuius laudes tota catholica certat ecclesia: nullā  
ab Eusebio Casariensi episcopo cum de illis tēporibus agit fieri mē-  
tionē. Crediderim id accidisse diabolo procurante & tantiviri cogi-  
tationes aliorum flectente dū sāctissimæ Christi martyris imortali  
gloriæ titulisq; sempiternis inuidet. Sed qđ ille sc̄titatis inimic⁹ &  
publicus hostis īnocētię fraudulētia sua prohibuit chartis inscribi:  
deus pbitatis auctor & assertor sua pudentia voluit fideliū cordib⁹  
annotari. Nulla enim virgo post illā īcōparabilē virginē quae est dei  
mater & hominis: hanc opinione sc̄titatis antecedit. Nominis eius  
Etymologia deprauara est a quodā qui eū librū cōposuisse dicis: cui  
legenda aurea titulus est. Fuit enim vir ille (iudicio meo) pius quidē:  
sed nequaq; satis litteratus. pius inquam q̄ diuina congesserit: illite-  
ratus vero quoniam grēcis vocabulis latinam: latinis grēcam: he-  
braicis mixtam: nulli veram: oībus confusam: obliquā: contortam:  
falsamq; dederit interpretationem. At tq̄ ita sc̄torū noīa dū illustra-  
re putat sua delusus vel ignorantia vel impudenti temeritate reddi-  
dit obscuriora: & nisi putaretur peccasse per imperitiam. putari pos-  
set de ipietate cōdēnādus: vt pote qui sacrosāctā Christi religionē re-  
cte iterpretatiōis īnversione voluerit cauillari: & noīm perturbatio-  
ne sc̄tis illudere. phanatico & sōniāti similis monstrofa verborum  
deliramenta cōfinxit: quē neq; ip̄e q̄ per labyrinthū tenebrose suæ  
ignorantie circumactus nenias illas balbutiebat: intellexit, adeo de-  
lirus: adeo incompos sui vt nesciret etiam se nescire quae diceret.

Quod si fortasse cuique plus aequo videbor excadescere: pro cor mihi veniam non negari si mereor: nam cum considero hinc factum esse ut sectorum vias conceptui pateant: ut sine risu vel stomacho legi non possint: & eos rur gesta summa veneratione dignissima scriptoris virtus sic esse deformata atque de honestata ut ab homine latino quantum religioso videantur indigna que legantur: si ęgre fero: si dano: si conqueror: habere me puto indignationis iustae materiam. Debuit ille vir id munus omittere quod ad imperitum non pertinebat vel peritos aliquando consulere sicut prudentem virum decebat. vel prius discere quod docere: nem dum ordine prepostero vult esse magister atque discipulus nauci hominis nomen incurreret. sed fortasse putatis erroris intelligentie pars voluntatis obumbrare per textum: factus est in utroque reus: & intellectu atque voluntate deficiens: sibi ignominiam: sanctis iniurias: fidei iacturam: simplicibus ignorantiam: doctis naufragium parturiuit. Non igitur Catharina vniuersorum ruina sicut ille fabulatus est interpretatur: sed vel a catharos quod est purus: vel a catharizo purifico: vel a castore defluo: vel a cata & riax quod eritius vox illa deflectitur. Legimus enim apud Pli. Hipponen aphicem oppidum cuius episcopatum tenuit Augustinus: a grecis catarytum appellari quo riuis & aquis est irrigua. Quod uis horum dixeris recte dixeris. Vera enim semper cum agnoscuntur in omnibus amplectenda: at in huiusmodi nominibus cum veritas latet ad verisimilia que lingue aliquius periti am sapient ab interprete configiendum est: cauendumque ne istius exemplo velut aegri somnia vanè fingantur species: ut nec pes nec caput vni reddatur formae. Sed iam satis de hoc superque dictum. Et ut totam Parthenicem priusque perlegas vno summatim legas ita uite sue subiiciatur argumentum.

Horatius in  
arte poetica

ARGUMENTVM.

CATHARINA virgo egyptia: Alexandria nata: Costo praenome fuit ex Lagidaru familia: sub maximo orientis prefecto: vel sub Maxentio Maximiani filio passa. Nam de auctore passionis ambigitur. sed omnia fere exemplaria quae leguntur in ecclesiis Maxentium habent superatis & ad fidem conuersis quinquaginta disertissimis oratoribus causam Christi tutata est. diu fquallore carceris afflita: longa iedia macerata: durissime cæsa: tandem post uxoris regie & Porphyrii ducentorumque militum conuerzionem contractis rotarum machinis decollata: lac fudit pro sanguine. Corpus eius in Sinam montem Arabi deportatur ab angelis.

## Index

## Alphabeticus

<b>C</b> Index rerū & vocū in ex positionibꝫ annotatū se cūdū seriem litterarum.	Bromius	v. Diadema	xxxviii.	
	Busiris	li. Dicere & loqui	lxii.	
		C. Dictamū	xxxv	
		xvi. Dione	v. & xvi.	
<b>A</b>	Calisto	C. Diomedes bistonius	li.	
Abraamus	Folio. xv.	Calpe	xli.	
Accipere	xcvii.	Canopus	xlv.	
Adoriri	i.	Carpathos insula	xxi.	
Aequor	v.	Carpathium mare Ibidem	Dodrans	xxxvi.
Aegina	xvi.	Carpathium mare Ibidem	Dodoneę colubæ	xlvi.
Aes & inde deducta	li.	Cafius.	Dolopes	l.
Aesculapius	lxii.	Casius.	xxi. & xlvi. Doris	sin xlvi.
Aether	lxviii.	Casus octauus	Ixxxvii.	E
Aggressi & aggredi	i.	Catonis verba in ignauos	Ecclesia	xcvii
Alecto	x.	Cerasum	xviii. Elissa	lili.
Alexandria	xxi.	Cecilia virgo	lxii. Ennosigeus	lxiii.
Allocutius deus	lxii.	Cecuba vina	lxxxi. Epeus	lxxxv.
Ammon deus	x.	Coecus	lv. Erinnis	x.
Amynea vina	xcii.	Chia vina	xcii. Eremus.	xxi.
Amplustre	xxi.	Christeis	xcii. Euan	v.
Animus & anima	xcvii.	Cylenius	liii. Europa	xvi.
Anastasia	iv.	Cyrus	iiii. Euphemia	no liy.
Aplustria	xxi.	Cyrene	lvii. Extemplo.	lxxv.
Apis bos	xxiiii.	Clymene	xvi. Feles	xlili.
Ariadne	xvii.	Columbe dodoneę	lxii. Ferale	lxxv.
Argus	xix.	Collectiua noia	lxxxvii. Forma	xxvi
Aries signum	lxix.	Connubium	C. Furiae	x.
Arachne	lxiii.	Costis costidis	lxix.	G
As affis	xxxvi.	Cortina phœbi	lxii. Garamantes	lxxxii.
Auspicia	xxi.	Corybantes	lxviii. Gymnetę	lxxi.
Auspicor	Ibidem.	Crocodillus	lxiii. Gymnophistæ	Ibidē.
Aulea	xxiiii.	Cretica vina	xcii. Gnata & nata	xlvi.
Auctor	lix.	Cura	xxv. Gnosus	lxviii
		Curetes	lxviii.	H
<b>B</b>			D. Hecate	iiii.
Baccha	lxxxviii.		xvi. Hecatombe	xxi.
Bacca	Ibidem	Danae	lxxxv. Helle	ii. & lxix
Bellum	ii.	Dedalus	vii. Helena	lii.
Berenices capillus	lxix	Delta	cxviii. Heicon	ii.
Biftonum rex	li.	Despicere	ii. Heres	v.
Bragmanę	lxxi.	Detegere	lxxviii. Hippolytus	ly.
Briseis	lii.	Deucalion		

Index

Hortilucani	iii.	Manū & imane	zum	Ix.	Opera & Opus	vii
Horror	xxv.	Mantua & manto	Ixxxix	Oppetere	xcvii.	
Iacchus	xcii.	Marsia	Ixiii.	Oratio iouis	viii.	
Ichneumon	xlivi.	Massilieñ.mos	lxii.	Orbis soporatus	iiii.	
Ignauus	liii.	Mauri	Ixxxii.	Ordior	ii.	
Ignauia&detestatio	xviii.	Maxentii gesta	iv.	Orpheus	Ci.	
Immane & manū	lx	Medusa	xvii.	Osyris	vii.	
Inarime	xii.	Medea	lii.	P		
Inferiae	xcii.	Megera	x.	Pallas tritonias	v.	
Ino.	xlvi.	Memphis	iiii.	Pallas iterum	Ixxxviii.	
Ipse	xxix.& lii.	Mendesium	xlvi.	Palinodia	lxxvii.	
Ion	vii.	Midas	Ixxiii.	Palma	Ciiii.	
Louis:neptuni:& platonis ptates trinæ	xxxii.	Mirmydones	1.	Palemon	xlvi.	
Inno	v.& lxviii.	Miser	ix.	Pan	xxv.	
Iuppite	lxviii.	Mundus muliebris	1.	Papirus	lii.	
Iuuentas:Iuuēta:& Iuuē- tus different	xxvi.	Mutatio opportuna tpiis i verbis.	Ixxxviii.	Pasiphae	xcviii.	
Ixion	xxxiiii.	N	Patara	Patara	lx.	
Lacedemon	xlvi.	Nasamones	lxxii.	Pegan	xxvii.	
Lagide	xi.	Naucratis	xlvi.	Pellei	xxi.	
Leda	xvii.& lii.	Nauus & Nauo	liii.	Persephone	xvii.	
Leosignum	lxix.	Neprohibendi	Ibidem	Perillus	Ixxxv.	
Lethe	xiii.& xcvi.	Necropolis	pharus	Phereclas	Ixxxv.	
Leucothea	xlvi	Neptuni Louis & platonis potestates	xxxii.	Phalerna vina	xcii.	
Lycaon	lxiiii.	Nyctimene	xlvi.	Phalaris	l.	
Lymbus	xxxii.	Nilus	vii.	Phaeton	Ixxiii.	
Lyndus	xlvi.	Nympha	xlvi.	Phlegethon	xxxii.	
Lynces	v.	Nyobe	lxii.	Phyllis	lii.	
Litare	xxxiiii.	Noctua	xlvi.	Phyllira	xvii.	
Locus	Ciiii.	Nud⁹ & Nudat⁹	Ixxxviii.	Philippi primi christiani		
Loqui & dicere	lx.	Numen	ii.	imperatores	xxxii.	
Lucullus	Ixxxii.	Numidæ	Ixxxii.	Pyramides	vii	
Lucia virgo	xx.	Ocyus	ii.	Plato	lxxii.	
Lucernas oleæ	xxxii.	Oenone	Plutonis ptas	Polyandron	xxxii.	
Macte & macto	Ixxxvi.	Oleæ lucernas	xxxii.	Pomum	Ciii.	
Maia	Ixvii.	Olympi	liii.	poples	Ixxxii.	
		Onyx	xxxii.	Precordia	Ciiii.	
			lxii.	Præsens	xxxv.	
			lxii.	Procyon	xviii.	

## Alphabeticus

Progenies	lxvii.	Supina in u quā naturā ha	C Expositiunculē epistole
Psilli populi	lxxxii.	beant	lxxxvii. auctoris præmissæ.
Pugna	i.		T Neqd inexpositū p̄terā
Quadrans	xxxvi.	Taprabone	lviii. noris lector i ep̄la ab aucto
Quando	x.	Tantalus	xxxix. re præmissa : munus orato-
R	Taurus mons	Ixix. ris : esse officiū eius quē vul-	
Reges egypti de lagidariū	Thebe	lxxxi. gus ambasiatorem vocat.	
genere	xl.	Tellus	xxi. Obire: obnitédo & obeun-
Regale vnguentum	l.	Thersites	v. do perficere: vnde obire di-
Regula Seruii	Ciii.	Thetys	xvi. em & munus: est vtrūq; cō-
Relatiū subtractio	Ibidē	Therapne	xvii. sumare: obire mortē ē eam
Rhodope	viii.	Therannie	xlii. peragrare. obire terrā est eā
S	Thisiphona	In eodem.	pagrare. Heroicū carmē qđ
Sacrum	lxii.	Thyfī	x. sit sequentia docebūt. Op̄
Salmoneus	lxxiii.	Timeo tibi	v. imaturū est nondū matūrū
Sagittarius signū	Ciii.	Timeo te	xxxvi. i. nōdū satis castigatū. Præ
Sappho	lii.	Tyrannus	Ibidem. matūrū est ante tempus ma-
Sardanapalus	xcvi.	Tytius	i. turū: sicut p̄cox : quasi ante
Satyri	xxi.	Triens	xxxiii. temp⁹ coctū. Līma est sco-
Saturnalia	Ci.	Triumphor	xxxvi. bina qua imūda & sup̄flua
Schedia	xlv.	Triumphus	.i. abradi solent. Curta supel-
Secundum	ii.	Tritonia pallas	lex apud persiū ē tenuis fa-
Segnis	lxxv.	Trūia	cultas. Xenia: sūt dona gra-
Semele	xvii.	Tripodes	xiiii. tis data. Catholica ecclesia
Semyramis	lvi.	Tucor	xlii. i. vniuersalis fidelī coetus.
Setina vīna	xcii.	V	xx. Diabolus interptatur calū-
Seūus	lx.	Valere	niator. Etymologīa vera i-
Sybilla	liii.	Verbera	lxv. terptatio. Cauillari per in-
Syene	xxi. & xlvi.	Venus	lxxviii. uestionem verborum fra-
Sifypus	xxxiii.	Verbum catonis i ignauos	xvii. dare. Phanaticus furens dī
Syrites	xi.	dictum	citur. Nauci homo : vilissi-
Socrates	lxxi.	Vertex	mus est. Parthenice qđ sit
Sopor	v.	Vina cretica	xiii. sequentia docebūt. Virgo
Soporatus	iiii.	Vina amynea: chia & cam-	xxii. Egyptia cur ergo gr̄cīę gē
Stemma	Ci.	pana	ma dicit. Nēpe q̄ gr̄cos.
Styx	vii.	Virgo	Ibidē. oratores deuicit: vel philo-
Stipo	lxxxv.	Vnguentum regale	lxv. sophię gr̄corum pitissima
Subter	iiii.		fuit.
Supplicia	bxi.		τελος.
		CFinis Indicis.	

**C**lodoci Badii Ascēsi quorūdā in secūdā Baptis̄tā mātuani Parthenice thenicen p̄raembulorum compendioſa traditio.

secunda.

**Qualitas  
carmenis**

**Intentio au-  
toris**

**Librorū nu-  
merus.**

**U**nus poetē atq; auctoris hui⁹ clarissimi in prioris parthenicē p̄ambulū recēsumus. Titulus quoq; opis hic q & illic est videlicet parthenice: eo q; de virginē cōfēctū est wā p̄θērīkī enī virgo dicit. Inscriptiū aut̄ secūda: & quia secūdo loco edita: & quia de secūda virginē conscripta. Catharina enī secūda virgo dici pōt̄ quia pximā primā atq; incompabili virginī mariae: secūdū quā principatū tenet inter virginēas acies. A proprio autem noīe Catharinaria dici potest. Qualitas carminis vt auctor ipse pte statut̄ hic quoq; heroīca est: cōinet enim mixtos deorū hoīm̄: & eorum quos veteres heroas vocabāt sermones. Stilus tñ aliquāto remissior est q̄ iis qui martia bella ferociū virorum armis gesta describunt: neq; id cum poetē vitio: sed sūma laude: vt qui decori rerū personatiq; rationē habuerit. Maronē cōpatriotā suū in multis felicit̄ imitatus est exornans subinde non inueniūstis nec iniucūdis d̄gressūculis opus suum: vt in auleorū picturē: naturaeq; descriptionib; sicut ille picturis sculpturisq; delubrorum & clipei a vulcano fabricati: quas dictas voluit res consecutus est. Neq; vero minus felicit̄ in vocabulorū versione atq; metaphoris audax censendus: veniam diuitē & molliter fluentē dexteritatē naturae & peritiae artis vbiq; ostentat. Intentiōnē aut̄ eius ex iis habere possumus: q̄ in apolegico de mariana parthenice (Similis enim videt̄ ratio) ip̄e p̄fitetur dicens delibello suo. Nec erat eius aliud desideriū q̄ vt sanctissimae virginis laudes a pluribus legerētur: & parthenicenostra poetico vestita decore: de ecclesiastico prodiēs gymnasio populi in se cōuerteret intuitū. Et in eodē paulo post de se sic loquitur. Cū adhuc adolescentulus essem: & a studiis ecclesiasticis (more illius ætatis) abhorrem: forte in ea (i. nolanae vrbis ep̄i) poemata incidi: & carminis suauitate delectatus: animū ad res diuinās paulat̄ appuli: & ex illo tempore sacrū litterarū studiosior fui. Sic p̄cor accidat iis: qui mea legēt: & fiant libelli mei quasi apostolica retia: & trahēdis ad xpm̄ hominib; laquei tenaciores. hec ille. Intentio ergo eius est: cultioribus verbis & suauioribus modulis: legentium animos in diuē virginis laudem & diuinarū scripturarū lectionē iūtare: vt videlicet p̄ eiusdē diuē virginis intercessionē: & honestę vitę: quā sanctæ litterę p̄dicat: observationē: p̄ dei gratiā secū vitā cōsequātur æternā: qua qdē intētione qd cādidius aut charitate refertiū sit: nō video. Numerus librorum est hic vt in superiorē p̄thenice ternari⁹: cui si poetæ diligentia attēdes mysteriū nō denegabis. sed ad explanationem proprio.

Parthenices Catharinariae Liber I Fo. I

**C**Fratriis Baptistæ Mantuani Carmelitæ theologi ad magnificū. D. Bernardū Bembum Patriciū Venetū & iure consultū peritissimū: secunda Parthenice incipit.

**O**stidis aggressi pugnā/tomenta/rotasq;  
Atq; triumphato vicitrix bella tyranno:

Detegimus fraudes:& numina falsa deorum.

Sancta faue virgo tenuem cui carminis orsum

Pangimus:& vento venias ad vela secundo.

Verídicos cantus non ex helicone vetusto

Porrige:sed christi sacris de fontibus haustos.

Da mihi non hederæ:non lauri vimine textam

Sed qualem tu diua geris de fronde coronam

Arboris æoæ:medio quam legimus horto

Spargere foelicem ramis vitalibus umbram:

Et paradisiaco nobis aspíret ab orbe

Vera dei siboles æterna potentia patris.

**C**lodoci Badij Ascensijs in Parthenicen Catharinariam Baptistæ Mantuani familiaris explanatiuncula:

**C**Ostidis ag. pugnā. Ex veteri latinorū poetarū more atq; instituto: poeta noster tria facit. proponit enim atq; materia suā prælibat statim in principio. deinde inuocat:ibi. Sancta faue. Et postremo loco intentū exequitur:ibi. Orbe soporato. Sunt itaq; duæ partes:procemialis & executiua. In procemi ali proponēs dicit se descripturū pugnā/tomenta/rotas /& victoriā ostidis. i. diuæ Catharinæ in tyrannū maxentiū: prius tamē detecturū fraudes deorum gentiliū: verum quia sine diuino auxilio nullū rite fundatur exordiū: inuocat ipsam diuam virginē Catharinam: vt eius intercessione atq; fauore fretus & adiutus: & vera cænere: & veram coronam obtinere mereatur. Facit præterea tria que oratores in exordiis solent. Reddit enim lectores atq; auditores at

tentos/beniuolos/& dociles. Attentos quidem ex operis raritate:  
 quia costidis pugnā & i&tricia bella scripturus est, rarus autem est  
 puellae triūphus. ex difficultate: quia difficile est describere pugnā  
 tormēta rotasq;: & ex generositate quia costidis: quævirgo regia.  
 Beniuolos aut: tum q̄a fraudes & numina falsa deorū detegit: tum  
 quia veridicos cantus pollicetur: tum quia veram coronā pro mer-  
 cede sibi reponendā quadā fiducia præ se fert. Dociles vero ex terū  
 manifestatione dicens detegimus: & ordine: quia prius fraudes de-  
 tegit q̄ certamen describat. Habet aut in poemio poeta noster hoc  
 peculiare: q̄ eius quā canturus est patrociniū nō inaniter implorat  
 Sed quia huiusmodi poetæ ornamēta foecūda ingenia per se exco-  
 gitare q̄ facillime possunt: nos imbecilliorib⁹: quibus hanc opellā  
 suscepim⁹: singulas fere voculas exponem⁹. Costis patronymicū  
 est foemininū: & significat hic filiā costi regis: videlicet catharinā.  
 declinat aut hæc costis hui⁹ costidis vel costidos &c. Aggressi par-  
 ticipiū est ab aggredior. aggredimur aut terribilia palā: sed adorim⁹  
 ex insidijs: terribilia aut sunt pugnæ tormēta &c. Videlicet aut  
 præteritū pro p̄senti aut potius pro futuro positū. non enim prius  
 aggredi pugnā q̄ detegat fraudes: sed aggressurus pugnā aut iā  
 aggrediēs pugnā: detegit fraudes. Poteris tamē dicere aggressum  
 esse animo atq; intētione prius pugnā q̄ fraudes: & ob id præterito  
 v̄sum: sicut maronē dicunt bellū potius q̄ virtum intēdisse atq; ideo  
 dixisse Arma virūq; cano: q̄uis virtum prius descripsierit q̄ arma.  
 Pugnā etiam p quoq; certamine posuit. Nam videt respicere eam  
 cōcertationē qua rhetoras vicit. cum tñ pugna p̄prie fiat pugnis:  
 quibus ante v̄sum armorū præliū est. Tormēta a torqueo diēta  
 sunt. Rotæ a ruēdo. Triūphato tyrāno: passiue posuit a triūphor:  
 quod est a triūphaturo de me superior & vincor. Triūphus autem  
 erat olim maximus honor: qui a romano senatu ac populo victo-  
 ribus clariſſimiſ cōferebatur. V̄ hebatūrēni triūphates currū inau-  
 rato: quattuor equis albīs eum ducētibus & capite coronato: & ho-  
 stibus quos deuicerāt cum cathena in collo currū sequētibus: præ-  
 eunte aut senatu in capitolīū. i. summā arcem ascendebant templū  
 optimi maximi iouis: vb̄ mactato tauro albo in eadē pompa do-  
 mum reducebātur: licebat aut militibus cōtumelias in triūphantē  
 facere. At diuī: virgo catharina: gloriōſissime triūphauit a cælesti  
 senatu in cæleſte capitolīū sineylla cōtumelia deuicta Tyrānus olī  
 ois rex præpotēs dicebat. vnde de pio ænēa dicit latinus apud ver-  
 giliū in septimo. Pars mihi pacis erit dextrā tetigisse tyrāni: nunc  
 p crudeli regnorū icubatore ac reip. occupatore accipit. V i&tricia

Costis

Aggressi  
aggredior  
Adorim⁹

Pugna

Triūphor  
Triūphus

Tyrānus

bella dixit sicut vergilius in. iij. Ænei. victoriaq; arma secutus. Bellū Bellum aut cōpletū totū tps quo belligeraſ. In hoc aut victrice fuit virgo q; inuictū animū gessit: votiq; cōpos effecta eſt. Detegere cōtrariū Detegere eſt eius qd est tegere. Nā de ſicut & aliae p̄pōnes aut mutat ſignificationē eius cui addit: vt dedoceo / dedisco / deſtruuo / & interdū de- p̄cor: cōtraria ſunt ſimplicib⁹ ſicut & detego: aut cōplet vt de hisco qd est multū aut de orū hisco: de p̄cor. i. multū precor apud ecclē ſiaſticos: aut nō precor apud ouidiū. Sæpe precor mortē: mortem quoq; de p̄cor idem &c. Numēa nuendo dicit eo q; nutu deus que- cunq; vult facit: vnde videtur quaſi potestas dei: vniuſ aūt dei fm Seruū varia ſunt numina. vñ dicit primo ænei. quo numine laſo. ſed ea numina in dijs gentiū nō ſunt vera. Sancta faue. Sic virgili⁹ in buco. Caſta faue lucina. Tenuē orſum: ſic vergi. in culice. Atq; vtaraneoli tenuē formauim⁹ orſum. Bene aūt dicit carminis: quia ordimur telas: ordimur verba loquētes. Secidovento. i. proſpero Secundū enim dicit a ſequēdo: ſed dum vētus aut fluuius nauigā- tem ſequitur proſper eſt. In reliquis fere metaphorā eſt. Faue & ve- nias: diuerſos modos copulauit: quia auctore valla indifferēter di- cimus veni ad me: venito & venias. Ex helicone yetuſto. Helicon (vt ſtrabo libro nono teſtatur) mōs eſt boetiae phocidi affinis: nec procul a parnaso diſtās: illi emulus & altitudine & circuitu. vterq; enim niuibus pulsatur: & rupeſ amboſ ſaxea eſt. Non multa vero illos regio circuſcribit. Hoc aūt in loco eſt conſecrata muſis aedes: fonſq; caballin⁹ & libethridū ſpelūca nympharū. Qua ex re ſuſpi- cari licet eos q; & helicona & pieria et libethru & pimpla eiſdē mu- ſis coſecrauit: thraſes exitiſſe: pieres aūt vocabāt: qbus extinctis loca hæc macedones nunc poſſidēt. hæc ſtrabo. Ab helicone autē muſe heliconides dictae ſunt: quia vero muſarū inspiratiōe poetæ oī ſigmetā conficerē ſeſe iactitabāt: dictū eſt a cornuto ſeuero phō apud perſū. Grande locutiſi nebulas helicone legūto: quaſi vero obſcura terū inuolucra ex helicone legāt. Nam & muſas ſic iuocat vergi. in. vii. homerū ſecut⁹. Pādite nūc helicona deae: cātusq; mo- uete. Ad quē locū alludēs poeta noſter dicit. Veridicos cātus &c. Chriſti de fontib⁹ hauiſtos: iij ſunt de qbus Iōānis. iiiij. ipse chriſtus dicit. Qui biberit ex aqua quā ego dabo ei nō ſitiet ieternū: ſed aq; quā ego dabo ei fiet in eo fons aq; ſalientis in vitā aeternā. Non he- deræ &c. Hedera q; libero patri. i. baccho ſacra: q; in eā daphne amica eius couerſa fingit: poetæ coronātur: quia in vtriusq; tutela ſunt. Non talē autem coronā poeta efflagitat: quia mundo & eius pōp̄is

F Baptifæ Mantuanæ

vale dixerat: sed qualē tu diua geris. i. cœlestē & indelebilē. Medio quā legimus horto. Legimus præteriti est tēporis quod prima syl-laba docet quæ in p̄senti breuis eset: cū hīc eo q̄ præteriti tēporis longa sit. Legit̄ aut̄ id genesis. ij. vbi dicitur. Producitq; dñs deus de humo omne lignū pulchrū visu & ad vescēdum suaue: lignum etiā vitæ in medio paradisi. Paradisus aut̄ latine hortus dicitur v̄ o luptatis. Arboris æoꝝ. i. orientalis: hoc est lignivitæ quod in para-diso quē deus in oriente plātauerat productū est. V era dei soboles: christū filium dei viui intelligit. Alludit autem ad illud. viij. ænei. quod de hercule dicit̄. Salu vera iouis proles: decus addite diuīs. Aeterna potentia patris. A t̄qui alibi patris sapientia dicitur. Sed notū est quod Ioannis primo dicit̄. Quia omnia per ipsum facta sunt. Et ipse de se I oan. xvi. Omnia q̄cunq; habet pater: mea sunt. Sed ne in renota prolixior sim Ordo est. Nos aggressi. i. aggredientes aut aggredi volentes: aut iam ex intentione aggressi tanq; rem arduā: pugnam. i. omnē concertationē quā cum rhetoribus: tyrāno et tortoribus gessit: tornēta quæ passa est: & rotas quę eius precibus prostratae sunt. Atq; bella vītricia: q̄ cum summa victoria gessit: quia voti cōpos atq; animo inuicto permāsit: costidis. i. costi filiæ videlicet diuæ catharinæ: & hoc tyrāno. i. crudeli p̄cipe maxētio (vt vulgatior est sentētia) triūphato. i. more triūphantis gloriose ab ea superato & deuicto: nos inquā aggressi hæc: detegimus. i. reuelam⁹: denudamus: aperimus: & manifestam⁹ fraudes. i. fallacias & astutias & falsa. i. deceptoria & alia q̄ sunt apparētia: nūmina. i. diuinitatis idicia: hoc est potētias: deoꝝ videlicet gētiliū. O virgo sancta videlicet catharina cui. i. in cuius honorē: nos p̄gimus. i. cōteximus seu conficimus: tenuem orsum. i. modicū con-textū carminis: hoc est exile carmen: faue. i. annue & aspira coeptis nostris: & venias ad vela. i. per metaphorā ad hanc opellā quā tibi velis: & remis. i. toto conatu nauamus: secūdo. i. prospero & auxiliatio: vēto. i. afflatu fauoris tui: & porrige. i. porro: hoc ē delōge dirige mihi & inspira: cantus. i. verlus: veridicos. i. rem verā & nō fictitiam dicētes: haustos videlicet. i. extractos: nō ex helicone vertusto. i. ex inspiratione musarū quæ a veterib⁹ in helicone colebāt: sed haustos de sacris fontibus christi: qui patris sapiētia est & veritas diuina. & da mihi coronā non textā vimine. i. tenui ramusculo (sicut in buco. V iminibus molliq; paras detexere iunco) hederæ q̄ in tutela bacchi est: nō supple etiam textam de vimine lauri quæ in tutela apollinis est: sed supple da talē. i. immortalē coronā: qualem tu diua. i. sancta ac imortalis effecta geris: textā: videlicet de frōde

arboris æoq;. i. oriëntalis: hoc est ligni vitæ in medio paradisi in oriente positi quā nos legimus. s. gen. iij. spargere. i. late diffundete: ramis vitalibus. i. viuacitatē generatibus: vmbra felicē. i. salubrem & vitæ cōseruaticem: in supple medio horto: hoc est paradiſo. Et sup. fac ut vera soboles. i. verus filius dei: existens æterna potētia dei patris: asp̄iret. i. anuat & auxilieſ nobis: ab orbe paradiſiaco. i. coeleſti: quia vulgo paradiſum pro cœlo accipimus.

Orbe soporato tellus ægyptia noctem  
 Rorifera miinduerat: mersusq; sub æquore titan  
 Hesperio coeli nitidos accenderat ignes:  
 Et niger attollens humentem scorpius ortum  
 Stringebat iam rura nouis effœta pruinis.  
 Cum iouis imperio volucres cyllenius alas  
 Sumpſit: vt ex toto veteres memphitis in agros  
 Cogeret orbe deos: qui maiestate relicta  
 Iam sua cedebant nostris altaria sacris:  
 Inuitaq; iugum christi ceruice ferentes  
 Nulla dabant responſa palam: sed cœca malorū  
 Semina factabant: tacitoq; in pectora lapsu  
 Intrantes humana dolos & operta venena  
 Gentis ad excidium nostrā inspirare solebant.  
 Quale per insidias gerit inter ouilia bellum  
 Nocte lupus facta pedibus scrobe limina subter.  
 Tunc ferus ausonijs mauors noua gentibus arma  
 Suadebat: ferrumq; graui versare tumultu:  
 Ocia lucanis dum maximianus in hortis  
 Dicit: & in regem dum res romana reuerti

Cogitat extinctis regni confortibus vnum.  
Tunc hecates motus furijs maxentius artes  
Vertitur ad magicas: veterisq; ad sacra deorum  
Instaurat delubra, nouus scrutatur aruspex  
Exta: scelus tentat: quo non crudelius ullum  
Legimus a prima nascentis origine mundi.  
Viuentum grauidas matrum secat ensibus alios  
Immatura trahens stygijs quæ destinet aris.  
Pignora, funestos docuit proserpina ritus.  
Inuida crescentis fidei successibus omnem  
Haeresibus sacram lege in tritonia pallas  
Implicat: & veris fucat mendacia dictis.  
Mixta choris iuuenum venus illecebrosa repugnat  
Virginibus sacris, moresq; irridet honestos.  
It veneri bromius comes: & silenus: & ipse  
Castra mimalloniae vino redolentia bacchæ.  
Atq; dioneos furtim per tecta liquores  
Iam sine pampineis thyrsis & lyncibus æuan  
Mittit: & occulto accedit in ædibus ignes.  
Inuoluebat opum studijs saturnia iuno  
Corda virum gemmis: fuluij numismatis aura:  
Merce peregrina: tunicis ardentibus ostro  
Sollicitans animos hominū, priuatus olympos  
Phœbus & ignifero curru: pice nigrior atra  
Versus in æthiopem: fidibus spoliatus: & arcu:

Parthenices Catharinæ Liber I Fo. III

Daphnæa sine fronde miser per moenia noctu

Ibat: & ablatum virus pythone perempto

Quod magnus seruabat onyx: spargebat in ipsos

Nobilium thalamos: quo corda imbuta malignis

Artibus armabant animos: hinc orta libido

Imperijs: & curis rabies accensa superbis

Regnandi cupidos facile in scelus omne trahebat.

Corbe soporato. Hæc est pars executiva in qua auctor iuxta propositū incipit detegere fraudes deoꝝ: inducēs per fictionē poeticā conciliū & congregationē eorū: qui tandem in necē diuæ catharinæ consipirabūt. Docte aut̄ id noctu factū dicit: quia opera tenebrarū tunc fieri solēt: doctius sub scorpione: & ppter signi naturā: & propter ortus eius qui in octobri est opportunitatē. verisimile enī est: mensis spacio ante martyriū virginis id effectū. Verū si quis dicat poetā contra institutū suū agere: vt qui veridicos catus pollicitus est & poeticos inserit: dices poeticos nō cōtinuo falsos esse: nec cōtra fidē esse: cōcilia principū tenebrarū fuisse q̄ & alibi facta legunt̄. nec abhorrire a phisica. i. naturali rōne mercuriū deoꝝ esse nunciū: si quidē p̄ deos planetæ intelligātur: verū quia hoc conciliū potius malignitate dæmonū q̄ influetia coelesti factū putatur: dixero per mercuriū intellīgi quēuis malignorū spirituū talī munere functū. Sed ad vocabula redeo. Orbis hic ē globus terræ: qui soporat̄. i. sopore perfusus diciſ & hoc tēpore nocturno fit: sed possum⁹ accipere cōtinens pro contētis: & locū pro locatis: vt sit imitatio illius quarti ænei. Nox erat & placidū carpebant fessa soporē Corpora p̄ terras &c. aut p̄ ipso globo quasi rōre nocturno sopito sicut ignis sopitus cinerib⁹ a vergilio dicitur. sed sopio & sopitus primā producūt: quā sopor & soporat̄ corripīt. Noctē roriferā. Vñ ænei. ij. Et iam nox humida cœlo præcipitat. Mersusq; sub æquore titan hesperio. Sic primo ænei. Quid tantū oceano properet se tingere soles hiberni. Vulgus enī credit solem occidentē mare hesperiū. i. occidentale incidere: quinadeo dicunt stridorē quasi extinti ignis illic audiri. Accedit aut̄ titan. i. fol: nitidos ignes cœli. i. sidera: vel quia solus lucere diciſ & caetera illuminare: vel quia absentia lumis eius: quod præsens minora lumina offuscabat: lumen siderum quo ad nos redditur intensius. Cyllenius dicitur mercurius a cyllene Cyllenius.

Orbis  
Soporat̄.

**Memphis** monte archadię in quo genitus dicitur. Mēphīs ægyptiorū regia est ab ogdo rege edificata: cuius filia mēphīs: ei nō est dedit. inde fit mēphiticus adiectiuū. Iam sua: ordo nō est sua maiestate: quia tūc sua posteriorē syllabā produceret: sed sua altaria. Limina subter sic persius. Ilia subter cæcū vulnus habes. Olim super & subter etiam ablatiuo seruiebāt. vt apud vergi. Frōde sup viridi: & gemina sup arbore fidunt. Item. Ferre iuuat densa subter testudine casus. nunc accusatiuo tñ: nisi sup accipiaſ pro de. Ausonijs gētibus. i. italis. Mauors. i. mars. Noua arma: vel magna: sicut pollio & ipse facit noua carmina. vel insolita: quia filij in patrē. vnde paucis rem per currā. Diocletianus & maximian⁹ herculeus post execrandā in christianos saeuitā: imperio abierūt: aut timore aut desidia victi: quib⁹ Galerūs & Conſtātius impatores successerūt: sed mortuo cōſtantio postq̄ constantinū generat: Galerūs iterū maximianū maxentij patrē in imperiū orientale acciuit: & cū duce noie Seuerū italīe præ fecisset: ipſeq̄ in illiricū abiſſet: cōſtantinus conſtātij iam defuncti filius pleno fauore occidētis imperiū obtinuit: verū excitato romē tumultu: maxētius a militib⁹ augustus nūcupatur: qua ſpe maximianus pater eius pellectus romā accelerat: verū Galerūs eius rei nouitate attonitus feuerū ex illirico romā p̄mittit: cū exercitu ſane magno qui v̄bē quidē potitus eſt: ſed a militib⁹ qui maxentij ſibi p̄ficerant circūuentus: dū rauennā fugere parat: occiſus eſt: partiq̄ abſuit vt maximian⁹ a filio regni cupido iterficeret: quo circa ſelē ad conſtantinū maſſiliæ agentē recepit. Ante hoc tēpus vt auctor noster in huius ſecūdo dicet: maxētius magicis artibus atq̄ augurijs letis illectus: vt terū potiretur: dijs ſuis ſacra renouare cōſtituit: pfectusq̄ alexandriā foetus imaturos e christianarū vteris extraxit eisq̄ in magicis abuſus ē: oēsq̄ ad ſacrificio cōpulit: q̄ diuī virginī martyrij occasio fuit. Horti lucani erāt romae amoenissimi ita vt v̄to luptati dediti illic iacere vulgo diceretur. Iuue. Cōtentus fama iaceat lucan⁹ in hortis. Reuerti in regē: poſt exactos enī poſt violationē lucretiæ reges / conſules / dictatores / & tribuni plebis: ac poſt cæſare impatores rē romanorū gubernauerāt: nunc aut̄ maxentius aut q̄ poſt eū venit cōſtantin⁹ magnus monarchiā obtinuit: regno ſimillimā. Cōſortibus regni: galero videlicet ſeuero: & maximiano Hecate dea infernalī varijs noībus nominata: vt triuia / diana / p̄ſerpina &c. Hecaton aut̄ centū eſt: ſed hecatōben. i. centū capitum ſacrificiū ei menelaus iuuit. Aruspex eſt qui ad arā inspicit exta. i. extantia: hoc eſt eminētia intestina: vt cor / iecur / & ſimilia. & ex eis futura ſacrificant iudicat. Funeris docuit proſerpina ritus.

Horti  
lucani

Hecate

Diana enim quę etiam proserpina dicitur in taurica regione: sanguine humano sacrificabatur. Pallas tritonia dicitur a tritone p-  
lude aphricae: apud quem vt scribit Augustinus regnante ogilio  
apparuisse dicitur. Vnde etiā Lucanus. Et se dilecta tritonida dixit  
ab vnda. Ea autem cum dicatur sapientie dea: bene h̄ereses excitas  
se dicitur: quę ex falsa sapientia nascentur. Sed siue h̄eresis ab h̄e H̄eresis  
rendo q̄ suo errori pertinaciter adh̄ereat siue a græco dicatur: sem  
per primam producit. vnde leges apud alexandrum h̄eresis & fo-  
boles. Non & soboles h̄eresis. Et venus libidinem: bacchus gu-  
lam & ebrietatem: Iuno ambitionem bene induxit. Bro-  
mius autem dicitur bacchus  $\alpha\tau\omega\tau\sigma\mu\omega\eta$ : quod est strepi-  
tus sonus. Silenus est nutritius bacchi. Euan bacchi nomen a bac-  
chantium clamore illi inditum: nec scribēdum est euam. Dioneos li-  
quores. i. venerios a dione veneris matre: secundū seruit ad illud  
buco. Ecce dionei processit cæsar is astrū. Venerios autem liquores  
bacchus mittit: iuxta illud comicū. Sine cerete & baccho friget ve-  
nus. Thyrsi sunt hastæ pampinis. i. frondibus vitiū inuolutę quas  
bacchantes. i. festa bacchi celebrantes ferebant. Linces autem sunt  
animalia maculosa: hę a baccho domitę eius currū ex india reuexis  
se dicuntur: vnde in eius festis adhibebātur. Occultos ignes: quia  
circa p̄cordia ignem venereū accendit: venter enim mero estuās fa-  
cile despumat in libidinē. Iuno saturni filia & soror & coniūx iouis  
regnis p̄esse dicitur: vnde æolus rex vētorum ad eā in primo ἔnei.  
ait. Tu mihi quodcūq̄ hoc regni tu sc̄ptra iouēq̄ cōcilias: tu das  
epulis accūbere diuum. Phœbus est apollo. Daphne arbor est lau-  
rus in quā daphne cōuersa singitur. Pithonē serpentē quem Iuno  
ad perlequendā latonā matrem apollinis imisissē dicitur. interemit  
apollo: virusq̄ eius setauit in vasculo ex onyce facto. Onyx au-  
tem est lapillus p̄ciosus cādorem vnguis humani: qui gr̄ece opus  
dicitur: fere exprimēs: cætera manifesta sūt. COrdo: autem. Tel-  
lus egyptia. i. ipsa egyptus (Secundū seruitum Tellus dea est: terra  
elementum: & humus locus) induerat noctem roriferā. i. iam fuerat  
nox in egypto: & hoc orbe soporato. i. habirantibus in orbe sopo-  
re perfulis & profunde dormientib⁹: quia sopor est profūdus som-  
nus: & titā. i. solqui vñus est ex titanibus metus (secundū opinio-  
nem vulgi) id est occultatus. sub equore. i. mari (tamen equor dici-  
tur quicquid equū. i. planum est: vnde planicies terre etiam equor  
appellatur hesperio. i. occidentali & hispanicō vbi hesperus. i. stel-  
la vespertina appetat: accenderat. i. nobis accensus apparere fece-  
at: nitidos ignes coeli. i. sidera & astra q̄ per absentiam solis nobis

Tritonia.

Pallas.

H̄eresis

Bromius

Euan.

Dione.

Thyrsi.

Linces

Iuno.

Onyx

Tellus

Sopor

Aequor

V F I . I . Baptista Mantuanus

accendividetur: & scorpius niger. i. illud signum cœleste quod in octobri oritur (dicitur indifferenter scorpius & scorpio) attollēs or tum humentem. i. pluuiosum: stringebat nouis pruinis rura iam ef foeta. i. exhausta a foetu & fructibus suis. hoc est iam erat in fine autuni cum pruinare incepit: cum. i. quando cyllenius. i. mercurius deorum nūcius in cylene monte archadiæ genitus: sumpfit imperio. i. ex imperio iouis: volutes. i. velocias & quibus volare solet: alas: ut cogeret. i. compelleret & in unum ageret: veteres deos ex toto orbe in agros mephitis. i. illius partis aegypti ubi sedes regū est: qui. s. dei: cedebant. i. cedendo & locum dando permittebat. iā nostris sacris. i. sacrificijs christianorum sua altaria: & hoc maiestate sup. eorum relicta: & ipsi ferentes iugum christi inuita ceruice: nulla. i. non vlla: non dabant vlla responsa palam. i. in aperto (sic Iuuenalis. Postq delphīs oracula celiabant) sed iactabant coeca. i. occulta: semina. i. principia & incitamenta malorum. (Coecum est animal quod non videt: coecum saxum quod non videtur. coecus amor & coeca auaricia q̄ non finit videre) exponit autem q̄ sint coeca semina dices: q̄ p. i. ipsi intrantes in pectora humana maxime tyrannorum: tacito. i. vix perceptibili lapsu: solebant inspirare dolos & opta. i. occulta venena. i. furores qui per venas fluunt ad excidium. i. exterminationem & destructionem nostræ. i. christiane gentis: gentes sup. tale bellum: quale bellum lupus gerit per infidias inter ouilia. i. ouium caulas aut septa: nocte. i. tempore nocturno: & hoc scrobo. i. fossa & apertura facta pedibus. s. lipi subter limina ouiliū sup. Mauors. i. mars deus belli: ferus. i. more beluarum esseris: sua debat tunc gentibus ausonijs. i. italicis & p̄cipue romanis: noua arma. i. magna vel insolita: quia filii. s. maxentij in patrem maximianum: vel quia militum in imperatorem Galerum & eius ducē Seirum: & suadebat versare. i. tractare ferrū. i. arma ferrea: graui tumuli: dum maximianus pater maxētij qui dimiserat imperium: vt ocio fueretur: dicit ocia in hortis lucanis. i. quos vel quales lucanus alii quando possederat: & dum res romana. s. publica. cogitat. i. intendit reuerti in unum regem: sicut erat sub romulo vsq ad tarquinium superbum: & hoc confortibus. i. participibus: regni extinctis. i. officiis & de medio sublati. Maxentius filius maximiana militibus imperator constitutus: motus tūc furijs hecates: illius deae infernali: vertitur ad magicas artes: & instaurat. i. instar priorum facit & innovat: delubra. i. templia & altaria: ad sacra veterum deorum: nouus aruspex. i. de noua cōstitutus: scrutatur. i. ispicit & inquirit: exta id est maiora intestina aīaliū sacrificatorū: & tentat scelus: quo nō

legimus vllū crudelius a prima origine mundi nascentis. i. ab iūtio  
 mundi: quia secat. i. aperit ensibus aluos grauidas. i. vteros fetu  
 plenos: matrū viuentum: trahens pignora immatura. i. foetus im  
 maturos ad partū: q̄ destinet. i. dedicet & sacrificet aris stygijs. i. in  
 fernalib⁹ pserpina. i. dea infernalis q̄ magicis artibus p̄fet docuit  
 ritus funestos. i. ad funera ptinentes & nefādos. Pallas tritonia sic  
 a tritone palude appellata: q̄ dea sapientie putatur inuida. i. inuidēs  
 successibus fidei sup. xpianę crescētis: iplicat. i. inuoluit: oēm sacrā  
 legē: hæresibus. i. fectis & falsis doctrinis hæretorum: & fucat. i.  
 colorat mēdaciſ: mēdacia. i. falsas opiniones: veris dictis. s. sacrē  
 scripture: quia oēs hæreses sacrā scripturā male intellectā p funda  
 mento habuerūt. V enus illecebrosa. i. plena illecebtrū: mixta cho  
 ris. i. coetibus iuuenū: repugnat sacris virginibus: & irridet hone  
 stos mores. quia etiā nūc iuuenibus pudori eēt si se (vt ita dicā) vir  
 gines faterent̄. Bromi⁹. i. bacchus deus vini & potationū: it. i. igre  
 ditur comes veneris: & silenus: nutrit⁹ bacchi & semp potus saty  
 rus: & ipē bacchē. i. sacerdotes bacchi: mīmalloniæ. i. a furore sic dī  
 ctæ: vel a mōte minoris aīsæ. addit appositorie existētes sup. castra  
 redolētia vino: sup. eūt comites. A tq̄ euān. i. bacch⁹ sic a bacchan  
 tibus iuocat⁹: mittit furtim. i. clā quasi ip̄ceptibiliter: liquores dīo  
 neos. i. venerios: p̄ tecta. s. domuū: existēs ī sine thyrſis. i. hastis:  
 p̄pīneis. i. p̄pīnis. i. frōdib⁹ vitiū iuolutis: & finelynib⁹: & accē  
 dit in ædib⁹. i. domib⁹ in qbus cōmellat & potat̄: occultos ignes:  
 quia: intrinsec⁹ nascētes. I uno regnorū dea saturnia. i. saturni filia:  
 inuoluebat corda virū. i. virorū videlicet fortū: studijs opū. i. co  
 natib⁹ habēdarū diuitiarū & potētiarū: sollicitās aīos hoīm gēmis  
 & arua. i. splēdore fului numismatis. i. nūmī aurei q̄ fului coloris ē:  
 & merce peregrina. i. extēra vtpote tunicis ardētib⁹. i. resplēdenti  
 bus ostro. i. purpura. Phœb⁹. i. apollo priuat⁹ olympos. i. cœlo: &  
 curru ignifero. i. nō āpli⁹ credit⁹ vehī curru ignifero: et veri⁹ i ethio  
 pē existēs nigror atra pice. i. nō splēdēs in cœlo nec p̄ deo habit⁹  
 spoliat⁹ fidib⁹. i. ifstrumētis musicis: et arcu: ibat. i. ingrediebat mi  
 fer: sine frōde daphnea. i. sine lauro: noctu. i. tpe nocturno per moe  
 nia: & spargebat in ip̄os thalamos nobiliū: vir⁹. i. venenū qđ abla  
 tū a pythone: drachone illo a iunone īmissō: p̄p̄to. i. iterfecto: ma  
 gnus onyx. i. magnū vas ex onyce factū: seruabat. i. cōseruabat:  
 quo. s. veneno: (Nā viro nō dicim⁹ a ntō vir⁹ licet lucret⁹ dixerit:  
 terti primordia viri: Itaq̄ vt Seruius docet multa sunt in subaudi  
 tione q̄ exprimi nolunt) cordasup. homīnum imbūta. i. recenter in  
 tincta et armabat animos malignis artib⁹. et libido. i. mala cupidit⁹

tas imperij est orta hinc. i. ex hac venenosa inspiratione: & rabies  
accensa superbis curis trahebat facile cupidos regnandi in omne  
scelus. vocabula satis nota sunt: nec expositionis ut reor idigētia.

Talibus addictos operis Cyllenius vrget

Ad mœstii ouis ire domos memphitica regna.

Est locus ægypti bifido qua flumine Nilus

Delta facit: Nilus cuius cælestis origo

Regna per æthiopum fugiens orientis ab hortis

Ingreditur pharos septena per ostia fluctus.

Non procul est Styx atra palus: vbi condidit Io

Inachis inuentum fratrem Typhonis Osirim.

Edita non procul est in collibus ora supinis

Pyramidum regio: quarum preciosior orta

Dicitur a Rhodope: cuius præstantia formæ

Tor congregat opes ut nobilitate sepulchri

Vicerit & reges ipsos. Hic Iuppiter olim

Clarus & ignipotens: posito modo fulmine pauper

Squallidus & torua demissus lumina fronte

Dæmonas aduetos angusto suscipit antro:

Atq; sub exesa scabri testudine saxi

Consedere solo. Tunc sic est Iuppiter orsus.

Numina quæ toto terræ regnasti in orbe

Non satis est nostro q; nos galilæus honore

Exuit in tantas ausus prorumpere fraudes:

Non satis est: pueris etiam conténimur: omnes

Parthenices Catharinariæ Liber I Fo. VII

Nos impune preinunt: in nos conuicia iactant  
Caupones; mimiq; leues; scurræq; loquaces.  
Falsidicosq; vocant, ergo hæc indigna feremus!  
Nec totiens læsi semel vlciscemur! inertes  
Sic sumus ut viuos nos non intelligat hostis!  
Nos periisse putant; defunctaq; numina vita  
Vulgus ait. tempus veniet cum turbine tanto  
Christigenas asiæ regnis libyæq; fugatos  
Inuoluam. properate dies; velociter anni  
Currite; ferte cito machometia tempora cursu.  
Interea mentes alijs solabimur ægras  
Supplicijs. vna nostras in virgine vires  
Experiamur. erit nostri reuerentia forsitan  
Maior ab exemplo tali, catharina superbo  
Nostra supercilio damnat simulachra; deosq;  
Impia subsannat. vultuq; elata superbo  
Non venerem: non iunonē: non pallada: non me  
(Tanta est impietas) minimo dignatur honore.  
Iuppiter hæc. magno socij tremuere tumultu.  
Exiliunt iræ: furiarum incendia surgunt.  
Et furor ignitis oculis & fronte minaci  
Excandescit: vt rapidis cum ferrea flammis  
Lamina cyclopum excoquitur flagrante camino.

Talibus addictos operis. Descripto more vergiliano loco: quo  
cœneterant dij: addit contionē iouis. Operis datum est a ntō opa  
opera. Est aut opera mater opis: quia p operā. i. operationē & dili-

C

Opera  
Opus

**Delta**

gentiā facimus opus. Delta quarta est līra in alphabeto græco hīs  
intrinsecus figurā fere triangularē. Sic enī fit Δ: quale in medio nīlī  
dicit insulā esse: quā etiā strabo libro. xvij. delta vocat. Et est delta  
nomē īdeclinabile neutri gñis sicut cætera litterarū noīa tam apud  
græcos q̄ apud latinos. Nilus cuius cœlestis origo. hoc dicit quia  
ab oriente nascīt sicut ediuerso eridanus q̄ padus est apud homerū  
dicit ab inferis ad superos migrare q̄ ab occidēte in orientē hoc ē  
in mare adrianū fluit. Ortū nīlī sic ponit sīpōtinus. Nilus nascitur  
in mōte inferioris mauritanie nō longe ab oceano stagnāte ibi lacu  
quē vocant nīlidē: deinde condit se itinere aliquot dierū: rursumq;  
erūpit alio lacu maiore in mauritania cæsariē: iterūq; arenis rece-  
ptis p̄ deserta viginti dierū fert. ad pximos æthiopas: & denuo p̄si-  
lit fonte q̄ niger dī: inde aphricā ab æthiopia determinās medios  
secat æthiopas cognōe astapias: q̄p gentiliū illaꝝ lingua signifi-  
cat aquā et tenebris p̄fluentē: sic plerasq; insulas facit: quarū præcla-  
rissima est meroe. Et paulopost. Postq; se aquis oībus auxit: nilus  
appellaꝝ: & inclusis móribus tāta aliꝝ diu celeritate fertur t nouis-  
fimo catarctē ruere potius q̄ fluere videat: deinde leniter fluēs mul-  
tis ostijs fert in mare ægyptiū: ægyptiū inferiorē partē dextra le-  
uaq; diuisus āplexu suo determinat: canopico ostio ab aphrica: ab  
asia pelusiaco: ppter quod aliqui ægyptū inter insulas posuere &c.

**Styx  
Io  
Osyris**

Styx atra palus. Io inachi primi argiuorū regis filia q̄ postea iſis  
appellata est: cū in ægyptū in bouē versa fugisset: & in pristinā for-  
mā reuersa osirim maritū sortita esset & ppter varia inuēta vterq; p̄  
diis colerentur: osyris tandem a typhone fratre occidit & dilaniatur:  
cuius mēbra diu multūq; per lachrymas & eulatū q̄sita: tandemq; in-  
uenta: io sepulturę mādauit: locūq; pro sepulchro elegit tutissimū:  
nec facile peruiū hoc est insulā abato q̄ inaccessibilis int̄pretaꝝ: qm̄  
in palude est iuxta mēphim limosa ac papyris obsita: quā stygē. i.  
tristitia noīauit: voluitq; nemine in ea insulā traiicere: nisi certis di-  
ebus. si quis aīt in ea palude periisset: ei sacra centū annis soluebat  
Vñ. vi. ænei. vergi. Ea quæ dē ægyptia styge repertit ad infernale  
trāsferēs: inquit centū errat ånos &c. Pyramidū regio. Pyramides  
moles sunt & structurę ex lapidib⁹ immēsæ altitudinis & sumptuo-  
sitas in formā ignis ascēdantis q̄ græce pyr dicit extructæ: ita q̄  
a lato iu arctū exeāt. in eis fuerūt sepulturę regū ægyptiōꝝ: qui eas  
extruxerāt aut ad ostentationē diuītarū: aut ppter memoriam sui  
æternitati cōsecrandā: aut ad populi exercitationē: aut ne hēredib⁹  
plus equo dimitteret. Dicūt vñā ex ijs q̄ ex arabicis lapidibus cō-  
stabant a trecentis sexaginta hominū milibus: annorū, xx. spacio cō-

**Pyrami-  
des**

structa & in raphanos allii & cepas: qbus operarii vescerent octin  
genta talenta erogata. Tres aut ut strabo libro. xvij. attestat inter  
mephim & delta pyramides fuisse cōstat: quare duæ int' septē orbis  
spectacula numerātur. Tertia minor est licet impēsa maior. medie-  
tas inferior ex nigro lapide cōstat: quo mortaria fiunt hæc dicitur  
meretricis sepulchrū fuisse ab amātibus factū quā sappho carminū  
poetria doricā vocat: & fratris sui charaxis amicā: alijs eā rhodopē  
nominant: atq̄ fabulā quandā narrant: q̄ ea dum lauaretur: aquila  
alterū ex calcēs e manu ancillæ correptū mephim deportaret: & in  
sublime supra regis verticē iura dantis elata: calceū in illius gremiū  
demiserit: & q̄ ille calcēi concinnitate & rei miraculo permotus: per  
totam regionē miserit ad eam inquirēdam quæ huiusmodi calceū  
ferret: & q̄ ea in vrbe nauaraticarū inuēta atq̄ adducta: regis vxor  
fuerit. post mortē vero hanc sepulturā habuerit. Cætera ex ordine  
patebūt: meminerit tamē grāmaticus potius dicendū fuisse: quarū  
pciosissima q̄ quā preciosior orta &c. Comparatiū enim nomē  
cū genituo tm̄ inter duo locū habet. Et si dicas: duas fuisse præcia  
puas pyramides: nihil purgas: quia de tertia loquitur. Ordo est.  
Cyllenius. i. mercurius: vrget. i. instanter cōpellit: supple deos iam  
nominatos: addictos talibus operis. i. operationib⁹ & curis: ire ad  
domos iouis mœsti: scilicet ad regna mēphitica. i. ægyptiaca. Lo-  
cus est supple in ea parte ægypti: quia nilus facit delta. i. insulam in  
formam delta littera græce: flumē bifido. i. in duas partes fisco ac  
diuisio: nilus dicit: cuius origo coelestis fugiens ab hortis orientis  
per regna æthiopū: ingreditur fluctus pharos. i. mare ægyptium  
ad pharon. Estaūt pharus parua ægypti insula cōtra nili ostia ita  
appellata a nauclero menelai cui id nomē fuit: ibi ab aspide interē-  
pto & sepulto in hac ingens turris fuit nauigātibus lumē exhibēs  
a philadelpho rege cōstructa quæ interspectacula orbis numerāt:  
& a qua ceteras turres idē facières pharos dictas volūt per septena  
ostia: tot enī putantur ostia nili. ostium autē est vbi fluvius a mari  
recipitur. Styx existens palus atra. i. obscura & profunda est non  
procul. vbi id est in qua palude io quæ postea isis vocata est: ina-  
chis. i. inachi primi argiuorum regis filia: condidit id est sepeliuit:  
osyrim maritū suum: fratrem typhonis a quo interēptus fuit: inuē-  
tum id est postq̄ diu quesitum inueniat: Ora. i. regio quædam est  
edita. i. sublimata in collibus supinis id est ad cœlum tendentibus  
existens regio pyramidū id est vbi sunt sepulturæ regū in formam  
pyramidū extorta: est nō procul id est prope: quarū supple pýra-  
midū: pciosior sup. ceteris vel pro pciosissima: dicit̄ orta. i. ortum

Rhodope

Pharus

Cij

habere & nomen a rhodope: meretrice illa: cuius scilicet rhodopes  
formæ. i. formositatis: præstætia. i. pœnitætia: congesit. i. accumu-  
lavit: tot opes. i. diuitias: vt vicerit: &. i. etiam ipsos reges: nobili-  
tate sepulchri. hic. i. hoc loco iuppiter clarus & ignipotës olim: &  
modo pauper: squallidus. i. obscoenus & deformis & demissus lu-  
mina. i. habens demissa: hoc est deorsum videlicet in terram missa  
lumina. i. oculos suos & fronte torua. i. intorta & tauri simillima: &  
hoc fulmine (cuius potestatem habere credebatur: vt primo ænei.  
Et fulmine terres) posito. i. deposito: suscipit antro angusto demo-  
nas. i. callidos spiritus (corripitur autem: quia tertiae est declinatiois  
accusatiuus in as hic dæmon hunc dæmona hos dæmonas) Atq[ue]  
ipſi confedere. i. simul federunt (Sic ouidius & satyricus confedere  
duces &c.) solo. i. in terra sub testudine. i. curuatura & concavitate  
saxi scabri: exesa scilicet a vetustate. Malo dicere cōfedere sub testu-  
dine: q[uod] suscipit sub testudine, quia potius dicendum esset sub testu-  
dinem. Iuppiter est orsus. i. incepit loqui sic: tunc. i. postq[ue] conse-  
derant. Numa &c. Callida & artificiosa est hæc iouis oratio: vo-  
cat enim numina quasi mutu agentia: vt significet ea si velint posse:  
præterea aliquando regnasse: vt triste sit desisse: nec in parte sed in  
toto orbe: neq[ue] vero solum desisse regnare: sed ludibrio esse: non  
modo stummis viris sed vel pueris & vilibus personis: & hoc au-  
tores galileo quod in improbatione fidei dicit: quasi dicat id quod  
Iohannis. viij. quidā dixerunt. Nunquid a galilea venit christus?  
Sed ad ordinem redeo. O numina quæ regnastis. i. regnauistis in  
toto orbe id est circuitu & globo terræ: non est satis: q[uod] galileus. i.  
homo de galilea vbi christus nasci nō debuit: exiit id est spoliavit  
nos nostro honore: scilicet diuino qui nobis impædebat: existes  
ausus protumpere. i. violenter progreedi in tantas fraudes. nō satis  
est inquæ: quia nos contémur etiam pueris id est a pueris: omnes  
premunt. i. opprimunt & pessundant nos impune id est passim &  
fine vlla punitione: caupones. i. venditores vini & obsoniorū: &  
mimi id est qui gestu & agitatione corporis victum q[ui]ritant: leues  
id est futiles & incôstantes: et scurræ. i. qui non habita ratione suæ  
dignitatís iocularia & ob scœna. etiā in se dicunt. vnde dicit: loqua-  
ces. i. assidue & sine decoro loquètes: iactant cōuicia. i. vituperia in  
nos: & vocant supple nos falsidicos. Ergo feremus id est tolerabi-  
mus & patiemur semper: hæc indigna. i. has cōtumelias nobis in-  
dignas: pronunciandū est cum amara indignatione. q[uod] d. nequaq[ue]  
si mihi credideritis. nec. i. & nō: & nos læsi toties: nō vlciscemur. i.  
sumemus vltionē & vindictā: semel! Sumus sic inertes. i. fine arte

Oro iouis

& industria vthostis nō intelligat nos viuos. q.d. id fieri nō decere  
 vnde addit. Ipsi. s. derisores nostri: putant nos periisse: & vulg<sup>a</sup> ait  
 numina sup. nostra: defuncta. i. nō amplius fungivita. i. nō amplius  
 viuere. Tēpus veniet: cū. i. qñ: ego inuoluā. i. implicabo christige  
 nas. i. in christo regeneratos: fugatos: id est explosos et expulsos  
 regnis afiae & lybię. i. aphricæ: tanto: id est valde magno: turbine:  
 id est impulsu & perturbatione. o dies sup. in quibus hęc fiēt: ppe-  
 rate. i. properanter aduenite: o anni currite velociter: ferte. i. afferte  
 adducite: cito. i. veloci cursu: tempora machometia: alibi mahume-  
 tia: in quibus mahomet aphricam seducet. Nos solabimur interea  
 mentes sup. nostras: egras alijs supplicij. i. afflictionibus christia-  
 norum: experiamur nostras vires in vna vrgine. Reuerētia nostri  
 id est qua nos sim<sup>9</sup> venerati & in honore: erit forfā maiora tali exē-  
 plō. Catharina dānat superbo supercilio: nostra simulachra: & ipsa  
 impia subsānat deos: & ipsa elata. i. erecta superbo vltu nō digna-  
 tur venerem: non iunionem: non me(tanta. i. tam magna est impie-  
 tas sup. eius: & est acclamatio posita per modum parenthesis) non  
 dignatur inquā me: subaudi vel aut etiam minimo honore. Iuppi-  
 ter hęc sup. dixit. Socij. i. demones fremuere. i. fremitum dederunt  
 sup. cum magno tumultu. I re exiliunt. i. aperte ostentant: incēdia  
 id est inflammations furiarum surgunt: & furor excandescit oculis  
 ignitis & fronte minaci: vti. i. quēadmodum sup. incendia sur-  
 gunt: cum. i. quando lamina. i. massa ferrea: excoquitur flammis ra-  
 pidis & hoc camino cyclopum. i. ministrorū vulcani qui in antro  
 vulcani fulmina cūdunt: flagrante: id est ardente.

Iuppiter ut vidit grauib⁹ commota q̄relis

Numina sic sterum sumptis sermonibus inquit.

Osoboles iucunda mihi plutonia coniunx

Persephone: quando miseri te cura parentis

Sollicitat: cita tartareas descende sub vmbras:

Plutonemq̄ roges vnam mihi mittat erinnem:

Tisiphonen: aut Alecto: diramue Megaram.

I pete nata virum: grauib⁹ obnitere verbis.

Scis quibus ille modis possit quoque ordine flecti.

F.      Baptifitæ Mantuani

Sic pater, hæc responſa dedit proſerpina patri.  
O pater, heu fruſtra furias in tale vocamus  
Obſequium: poſcit furias ſibi tartarus omnes:  
Nec ſatis offiſio faciunt, vix prima Neronem  
Vix decimū fratremq; Titī execrabilē ſancta  
De radice genus colubris & verbere duro  
Corripit, indomitæ pugnant cum manibus umbræ.  
Vociferant altum lateq; incendia iactant.  
Tantus in igne dolor: tanta impatiētia flammæ  
Namq; ea gentiles animas in tartara iactans  
Non ſinit alterna requie mitescere poenam.  
Et modo romanis thalamos ſtratumq; duobus  
Regibus imperii qui deponuere labores  
In mediis Cocytivndis componit: & altum  
Figit humi puteos: q̄tum marpesia cautes  
Ingenti vix mole nouem deſcenderet annis.  
Altera iudæos recutitæq; improba gentis  
Semina: quæ poſtq; latali vulnere christum  
Abſtulit: antiqua ne quicq; lege ſuperbit:  
Curat: & ardentes mergit phlegethontis in vndas.  
Sæpius Herodes geminos natumq; patremq;  
Cædit: & insertat candens in guttura ferrum:  
Tertia Christigenas odiis infenſa cruentis  
In vada præruptæ celo de vertice rupis:  
Præcipites acherontis agit: versosq; per amnem

Parthenices Catharinariæ Lib. I Fo.X

Luctificum trahit hamato persaxa tridente,  
Et iacitin flam mas; quæ deficiens nunq;  
Sulfura depascunt sumoq; iuuoluit & igne.  
Sed quid opus pater hic furiis; ego iussa capessam; /  
Fare patris non est fas dissimulare dolorem.  
Vade ait ardentes quando maxentius aras  
Consulit imperii cupidus sub nocte silenti  
Hæc responsa dato. Nilum pete: sacra deorum  
Restitue: & tanta tibi pro pietate coronam  
Accipe: & insignem fulgenti murice clavum.  
Sic ait: & natæ pater inclinatus ad ora  
Permulgensq; caput dextra: dedit oscula fronti.  
Persephone mandata facit: coruq; figuram  
Induit: & transtans auras pernicibus alis  
Præterit ammonis templum admirabile quondam  
Dum Louis imperium maiestatemq; colebant  
Terrigenæ: a libycis quod nomina traxit harenis.  
Iamq; tenet syrtes. facit hic brevis vnda vadofum  
Aequor: & est ratibus magnis imperuia Thetys.  
Transuolat in armen æterno ardore coruscum:  
Quæ premit ingentem saxosa mole Tiphœum  
Iam tenet italæ littus: lauiniaq; arua.  
Intrat ad urbanos strepitus: celsaq; resedit  
Tarpei super arce iouis. populumq; patresq;  
Et tria despiciens fora post delubra tonantis

Solis ad exortum Romæ decora alta superbæ  
 O caput o floreas terreni gloria mundi  
 Dixit: ut excuso tetigisti vertice cœlum  
 Indigeres oblita tuos geniosq; lareſq;  
 Atq; iouem & natos demens ad inania Christi  
 Tam cito degeneras documenta fidemq; nefandam.  
 Sic ait: & petrum quater execrata: colūnam  
 Traiani quæ iuncta foro supereminet vrbī  
 Inuolat. & coruus iam definit esse: breuemq;

Se trahit in nebulam: & Maxentia tecta subintrat.  
 Cluppiter vt vidi. Ad persephonē seu pserpinā q; eadē est inferni dea plutoñis cōiunx & iouis filia: cluppiter orationē cōuerit. rogans vt quāvis triū furiarū mittat ad diuam catharinā cōturbādā: ad quod cū furiae alijs negocijs vacent se pserpina accingit. Quando. i. quādoquidē qm̄q; idē &c. Tartarus dicitur maxima infernī vorago. Erinnis dicitur furia & animi impatientia nam eris contētio dicitur. Tres autē dicuntur furię: alecto ab a priuatiua particula: & Λητω desino quia nunq; definit noxia esse mortalibus. Megera a μεραιρω quod est inuideo & tisiphone: a τιω quod est punio & phynos cedes. Et hæ furiae non sine causa in miseriis dānatis dicuntur: nam nunq; definit male yelle: semperq; inuident: semperq; puniuntur et ceduntur. Scis quibus ille modis. sic dido ad annā sororē suā quarto aenei. Sola viri molles aditus & tēpora noras. Fratréq; Titi. i. domitianū: qui vīr pessimus: & teste Horosio magis Neroni & Caligule similis q; patri yespasio aut tito fratri. Præterit āmonis templū. Cum bacchus per deserta lybiæ exercitū duceret & siti admodū laboraret: implorasse a ioue patre suo auxiliū dicitur: quo facto apparuisse ei ex tēplo arietem: quē dum fugientem sequit peruenisse illo duce ad fontem amoenissimum: qui desiderij composputauit illum arietem fuisse iouem: eiq; templum miræ altitudinis constituit & deum ammonem: id est iouem harenarium vocauit: græci enim αμμον harenam vocant. Syrites duę sunt maior & minor: Sunt autem duo sinus aphricani maris dispari magnitudine: sed pari periculo: dictę autē sunt syrites ωαρατο συραω: id est trahō: quia in eis trahūtur harenę vī ventorum. vñ idē locus

Quando.  
 Erinnis.  
 Furię  
 Alecto  
 Megera.  
 Tisiphōe.

Ammon.

Syrites

modo vadosus & transmeabilis fit accidente cumulo harenarum:  
 modo profundior illis alio depulsis. Inarime insula est secundum Inarime  
 vergilium & lucanum typhoeo imposita: quem Iuppiter in bello  
 giganteo diuicit. vnde Verg. Turn sonitu prochyta alta tremit du-  
 rumq; cubile Inarime iouis iperio i posta typhoeo Luca. Cui faxa  
 vaporat conditus inarimes eterna mole typhoeus. Ouidius autem  
 dicit typhaea in ætna relegatum, Petrum quater execrata. Quater  
 dicit: quia inferi numero pari gaudent. Ordo est. Vt. i. postq; Iup-  
 piter vidit: numina deorum. s. gentilium hoc est dæmonia: cōmo-  
 ta sup. eis graibus querelis: inquit iterum sermonibus sūptis sic.  
 O persephone soboles. i. filia iucunda mihi: existens coniunx plu-  
 tonia. i. ipsius plutonis dei infernalis: quando. i. quandoquidem  
 vel quoniam cura miseri parentis. s. mei: sollicitat te: descendite  
 id est festina sub ymbras tartareas. i. infernales: & roges platonem  
 vt sup. mittat mihi ynam erinnē. i. furiam videlicet Tisiphonen  
 aut alecto vepro vel megæram diram. i. imitem (dicūtur autē furiae  
 apud superos diræ. Scies autē Tisiphonen non tisiphonem scribi  
 debere: nam declinatur hęc Tisiphone hui⁹ tisiphones &c. Alecto  
 autem declinatur haec alec̄to huius alectus hāc alecto. o alecto: nec  
 plures casus apud latinos inuenies) o gnata. i. filiai. i. vade pete. i.  
 aggredere: virum. i. maritum tuum: & obnitere. i. si renuerit obfisse  
 graibus verbis: tu enim scis quibus modis & quo ordine ille pos-  
 sit flecti. Sic pater sup. dixit. & pserpina quę etiam persephone di-  
 citur. dedit patri hęc respōsa. O pater nos vocamus heu frustra fu-  
 rias in. i. ad tale obsequium: quia tartarus. i. infernus: poscit. i. exi-  
 git sibi omnes furias: nec satissimunt officio. i. non sufficiunt mini-  
 sterio cui sunt addicte. Prima. s. tisiphone a puniendo & cædendo  
 dicta: vix corripit satis Neronē tyrannum illum: decū etiam tyra-  
 num & fratrem Titi. i. domitianum etiam tyrānum & christiani noīs  
 dum vixit hostem: appositorie execrabile genus. i. detestandam  
 sobolem de sancta radice. i. ex tam bono patre videlicet vespaiano  
 ortam: corripit inquam colubris. i. anguibus quos furiae pro capil-  
 lis habere dicuntur: & duro verbere. i. flagello. Vergi. in. vi. Conti-  
 nuo fontes ylrix accincta flagello Tisiphone quatit insultans: tor-  
 uosq; sinistra Intentans angues vocat agmina seu sororum: ym-  
 bræ. i. animæ illorum tyrannorū: in domitiae. i. vix domabiles: pu-  
 gnant cum manib; i. spiritibus infernali bus: & vociferant altum  
 id est alte: & iactant incendia late: tantus dolor est in igne & tanta  
 impatiens flammę: hoc per acclimationem positum est. Nāq; ea  
 scilicet furia tisiphone: iactans animas gentiles. i. gentilium in tar-

F I I Baptista Mantuani

tara. i. profundissimum locum inferni: non sinit. i. permittit poenam misericordiam. i. mitiore fieri: alterna requie. quia nulla est dānatis requies. Et ipsa cōponit. i. struit. modo in medijs vndis cocytii: illius fluuij infernalis thalamos & stratū. i. cubile: duobus regibus romanis. f. dioclitiano & maximiano qui deposuerelabores: imperij: & ipsa fit humi puteos altū. i. tā alte: q̄tū cautes marpesia. i. faxū quodvis magnū & durū a monte sic dictū (vt. vj. ænei. q̄ si dura silex aut stet marpesia cautes) vix descēderet nouē annis. i. spacio nouē annorum: ingenti mole. i. magnitudine sua: vel coniunge: q̄tum cautes marpesia ingenti mole. i. habēs ingēte. i. valde magna quasi extra genus solitū: molē. i. magnitudinē (Et est dictū hyperbolicos: aut illud respicit quod dicit. vj. ænei. Tū tartarus ipse bis patet in praeceps tantū: tenditq; sub ymbras: q̄tus ad æthereū cœli suspectus olypū) Altera. f. alecto (dicta a non desinendo quę congruit iudeis in errore persistētibus) curat iudeos & pro. i. improba semiuā gētis recutit. i. recisę in cute ppuci: quā Horatius appellā quasi sine pelle vocat. q̄ gens: postq; abstulit. i. de medio viuētiū sustulit chistū: vulnere letali. i. mortifero. i. postq; chistū crucifixit: supbit neq; q̄ id est frusta & ad nullū fructū: antiqua lege. i. antiquæ legis observatione. & ipsa mergit. i. intingit sepius in vndas ardentes phlege thōtis. illius fluuij infernalis ab ardore sic dicti: mergit dico: geminos. i. ambos herodes: natū. i. siliū & patrem: & ipsa cedit. i. pcutit eos: et insertat. i. frequēter inserit et retrahit candēs. i. ignitiū ferrū in guttura sup. eortū. Tertia scilicet megæra ab inuidendo dicta infensa cruentis odiis agit. i. impellit: christigenas. i. in christi sanguine renatos: precipites. i. deorsum cadētes: quasi ex altiore gradu q̄ ceteros: a celo. i. sublimi vertice: in vada: id est precipitiū: prērupta rupis: acherontis illius fluuij quasi sine letitia dicti: et trahit eos versos. i. volutos per amnē luctificū: tridēte hamato. i. hamos hoc evincos incuruos habēte: per saxa: & iacit. i. proiicit sup. eos in flāmas q̄ depascūt: id est pro somēto sumūt sulphura nunq̄ deficiētia: & inuoluiteos fumo & igne. Sed o pater quid opus est hic. i. in hac re: furiis: q. d. nihil. vnde subdit. Ego capessam. i. captū ibovel suis cipiā iussa: sic primo ænei. mihi iussa capessere fas est: fare. i. eloqre: non est fas dissimulare dolorē patris vel nō est fas patri dissimulare dolorē. Iuppiter sup. ait. vade & dato hēc respōsa q̄nī maxētius existens cupidus imperij: consultit. i. cōsiliū poscit sub nocte filēti aras ardentes. hēc dico responsa. videlicet o maxenti: pete nilum: id est fluuium illum aegypti: & restitue sacra deorum: & accipe tibi coronam pro tanta pietate: & clauum. f. latū clauum vestē videlicet im-

peratoriam insignem murice. i. ostro seu purpura fulgenti. i. resplendi: pater. s. iuppiter ait sic: et ipse inclinatus ad ora natæ. i. filiæ suæ persephones: q; pro et: permulcens. i. molliter tangens caput eius dextra: dedit fronti eius oscula. Persephone facit mandata. s. iouis: & induit figuram corui: et ipsa trans̄as: id est transiolas alis pernicibus auras: præterit: id est pertransit: templum ammonis .i. iouis harenij in lybia conditi: existens quondam admirabile: dū terrigenæ. i. mortales colebāt imperium et maiestatem iouis: quod sup. templum traxit nomina. i. denominationem suam ab harenis lybicus: et ipsa tenet iam syrtes. i. sinus illos maris aphrici breuibus vadis & harenis plenos: vnda breuis (quocirca primo enei. dicitur in breuia & syrtes vrget) facit hic. i. hoc loco vbi sunt syrtes: equor vadofsum. i. paruisvadis plenum. & thetys. i. mare: accipiendo deā pro re cui praefit. Est autem vxor oceani: quia primam producit et facit in genituō thetyos) est imperuia. i. impertrāsibile magnis ratis. i. nauibus: nam rates quæ sunt connexæ trabes forte transfire possent: quia non sunt alte. & ipsa transiolas inarimen: insulā illā coruscā. i. coruscantem: æterno ardore: propter montes sulphureos æternū ignem efflantes: quæ. s. inarime premit mole saxosa typhoeum: gigantem illum: ingentem. i. valde magnum. Et ipsa sic volās: tenet iam littus italīæ: & arua lauīnia. i. vbi lauīnium erat conditum: & intrat ad strepitū vibanos: id est qui erāt in vrbe romana: & rededit: id est sedem accepit super celsa arce iouis tarpei. i. qui colitur in arce tarpeia hoc est capitolio (vritur ablatiuo sicut Virgilius in. vj. & gemina super arbore fidunt) & ipsa despiciens: id est deorsum inspiciens populum scilicet romanum: & patres: id est senatores: & tria forū post delubra: id est templa tonantis: id est iouis: ad exortum solis: id est orientem versus: existentia alta deco ra: id est ornamenta romæ superbæ: dixit: o caput et gloria terreni mūdi florens vti: id est qualiter tetigisti coelum vertice excuso: & tu demens oblita tuos indigetes: id est deos ex te genitos & non aliū de adiectos: et tuos genios: in est naturæ cuiusq; loci deos: & clares &: id est deos familiares & domesticos: atq; iouem et natos: id est filios iouis: tu demens degeneras tam cito ad inaniam documēta christi & ad fidem nephandam: sic ait scilicet persephone: & ipsa execrata: id est maledicens petrum quater: inuolat columnam traiani quæ iuncta foro supereminet vrbī: & definit esse corius. i. dimittit figuram corui: et trahit se in breuem nebulā: & subiurat tecta maxē tia. i. quæ maxentius inhabitabat.

Nox erat: & phœbe gelidis argentea bigis  
Collis auentini summo de vertice tollens  
Cornua lustrabat radiis pallentibus urbem.  
Impius ad magicas rediit Maxentius artes:  
Combustiq; affert cineres infantis ad aram.  
Consulit exta: vocat manes: & numina lethes.  
Nacta vias faciles & idonea tempora fraudi  
Persephone commenta sagax insibilat aura  
Pertenui. fibrasq; mouens fœlicia signa  
Fingit: & iuuoluit regis caput igne corusco  
Subridens: alacri saliunt præcordia plausu  
Principis: & totam trahit inter gaudia noctem.  
Iam parat ire viam pelago: iam concipit omnem  
Trinacriam: ceteræq; domos: cyprumq; Rhodumq;  
Qua Zephyris impulsus eat: qua classe latina  
Vectus alexandri monstratam annauiget urbem.  
Egregios prima comites de pube quiritum  
Deligit: & fulget tyriis aurata iuuentus  
Vestibus: æois rutilant segmenta lapillis.  
Et vagina sinu gladios hiacynthina pulchro  
Claudit: & argentum capulis effulget eburnis:  
Septima consurgens roseis aurora capillis  
Oceanî pulchrum caput extollebat ab vndis.  
Cum iam compositis ratibus ventoq; secundo  
Littore ab ausonio soluens pelusia tendit

Parthenices Catharinatæ Liber I Fo. XIII

Ostia: & illustres pompeï funere campos.  
Persephone volat ante: fretum spumâtibus vndis  
Liberat: & placido facilem facit æquore cursum.  
Non scyticus boreas illis: non aphricus austor  
Non oriens eurus potuit spirare diebus.

Vix sua sub leni cris�abat tergora pontus

Applaudēs zephyro: & sceleti se accōmodat æquor.

**C**Nox erat & phœbe. Docet quomodo inter sacrificandū persephone occurrit: spemq; adipiscēdi imperij maxētio dederit: vtq; prospera nauigatione in ægyptum profectus sit. Nihil hic dubitabile quod ex ordine nō pateat. Ordo autē est. Nox erat & phœbe. i. luna: argentea. i. argentei coloris: quia pallidior est q̄ sol: tollens. i. extollens cornua supple sua bigis gelidis. dicitur enī luna vehi bigis: sicut sol quadrigis. est aut̄ frigidæ nature: nox etiam semper frigidior est die. P̄terea erat temp̄us pruinariū: ita merito gelidis bigis subiecta dicitur: de vertice collis auentini qui vñus est ex septē colib⁹ muro romano cinctis: a rege fm̄ Liuiū sic nomiatus. Vertex aut̄ dicitur a vertēdo: quia cū illuc peruetum est reuertitur cū nō sit altius quicq; lustrabat. i. illuminabat & quasi purgabat & inspiciebat vrbē. s. romā: radijs suis pallētibus: & maxētius impius rediit ad artes magicas: & affert ad aram cineres infantis cōbuisti. dictum est enī prius: q̄ ex ventre materno extraxit fœtus imaturos quib⁹ in magicis artibus abutebatur. & ipse cōsulit. i. consiliū petit extra id est intestina extantia: vocat. i. inuocat manes. i. sp̄iritus infernales: & numina lethes. i. quæ circa lethen fluuiū infernale versantur. Dicitur aut̄ lethe obliuio quęd morte: & necromanticā conductit. Persephone: nocta. i. quia inuenerat vias faciles & tēpora idonea fraudi: ipsa sagax. i. callida & astuta: insibilat. i. inspirat tenui aura: cōmenta. i. ea q̄ commēta fuerat ad spem regni illi proponendā. Et ipsa mouēs fibras. i. venulas extorū: singit signa felicita: tem portēdentia: & tēpora subridens. i. clanculū & parum ac blāde ridens iuoluit caput regis. s. maxentij: igne corusco. i. rutilante qđ antiquis spem regnandi dabat sicut ascanio / lauiniae / seruio tullo / & reliquis. Pracordia. i. interiora quæ circa cor sunt: principis. s. maxentij saliunt. i. exultant: alacri plausu: & trahit totā nocte inter gaudia. & parat. i. intendit proponit iam. i. aliquādo ire viam: pe-

Vertex

Lethē

D

Iago id est per pelagus hoc est mare. & cōcipit. i. animo capit fam  
omnē trinacriam. i. siciliam: & domos cretæ et cyprum & rhodū. i.  
insulas præternauigādā s: & concipit. i. cogitat qua supple vía: eat  
impulsus zephyris. i. illis ventis a tergo ipsius dulciter spiratibus:  
& qua classe latina vēctus: annauiget vr̄bem alexandrinā: mōstra-  
tam scilicet in anspicio & magia cui⁹ perituserat. Deligit. i. de mul-  
tis legit: egregios. i. excellentes quasi extra gregem habendos: co-  
mītes. i. socios itineris: de prima. i. nobilissima: pube id est multitu-  
dine pubescētū: quiritū. i. romanoꝝ: & iuuentus. i. multitudo iu-  
uenum: aurata id est auro decorata atq; exornata: fulget vestibus  
tyrijs. i. purpureis quae apud tyrum vbi bis tingebātur: & ob id di-  
baphæ dicebātur: tunc optimæ siebant: segmenta. i. ornamēta sim-  
briarum & extremitatū chlamydum ac cæterarū vestium quae brat-  
teolis. i. tenuissimis laminis argēteis aut aureis ad sustinēdos lapil-  
los cōstant: rutilant. i. coruscant lapillis æois. i. oriētalibus: & va-  
gina hiacynthina id ē hiacyntho ornata claudit gladios pulchro-  
sinu: & argentū quod erat loco pomorū in manubrijs gladiorum  
effulget. i. elucet: capulis id est manubrijs: quibus gladii capiūtū:  
eburnis. i. ex ebore factis. Erāt ergo capuli seu manubria ex ebore  
argento decorato: & vagina lapillis ornata. Aurora septima id est  
septimi diei cōsurgens capillis. roseis (id singitur: quia radioli sola-  
res qui auro rā generant roscum colorē habent) extollebat pulchritū  
caput supple suū ab vndis oceanii. i. magni maris terrā circuflūtis  
cum. i. quādo supple maxētius soluēs supple naues suas ab littore  
ausonio. i. italicō: & hoc ratibus. i. nauibus iam cōpositis: & vento  
supple existēte secūdo. i. prospero & a tergo: tendit supple ad ostia  
pelusia. i. ægyptiaca: & campos illustres. i. clatos & nobilitatos: fu-  
nere. i. cadauere pompej: scilicet magni: qui a cæsarīs militibus oc-  
cīsus: illic insepultus iacuit. Persephone volatante: supple classem  
maxentij: & liberat. i. purgat fretū id est mare prius feruidū: vndis  
spumātibus: & facit facilē cursum in placido. i. tranquillo æquore.  
Boreas scythicus. i. a scythia: hoc est septētrione flans: non potuit  
spirare illis diebus. nec austera phricus. i. ab aphrica flans nōeturis  
oriens. i. ab oriente flans: potuit spirare id est flare illis diebus: vix  
pōthus crispabat. i. modicum corrugabat sua tergora: id est super-  
ficiē aquarū applaudens supple maxētio sub leni. i. sedato zephyro  
& æquor. i. mare tranquillum & æquum: accommodat se sceleri. i. ini-  
quitati ipsius maxētij. Per quod inuitur ex prospero successu nō  
penitādā esse bonitatem facti.

Parthenices Catharinariae Liber I Fo. XIII

Optimus interea mentis deus auctor honestas  
Atque pudicitiae custos; ne regia virgo  
Circuenta dolis subito labatur; ab alto  
Præmonet; & celeri tradit mandata ministro.  
Ille per immensos cœli glacialis ab ortu  
Labitur anfractus; penetransq; per aurea tauri  
Cornua pleiadum flamas restringit; & ipsos  
Præterit errores septem, triuiaq; sub orbe  
Accipit exiles rarissimis artus.  
Regia progenies cultu redimita pudico  
Inter socraticos & quos academia quondam  
Stoaq; coecropijs libros de fontibus hausit  
Clausia latet modico pictæ testudinis antro.  
Atque voluminibus legum stipata duarum  
Abstrusos animo sensus voluebat; & acris  
Ingenii vegetas acies fingebat in omne  
Quod tenebris enigma latet, mysteria miris  
Inuelata modis visu penetrabat acuto.  
Quicquid ad ornatum fidei exemplaria sanctæ  
Græca ferunt animo vigili condebat; & omnem  
Assidui frugem studi; quasi fertilis agri  
Primitias; quasi collectum de sordibus aurum;  
Et quasi fulgentes gangis de puluere gemmas  
Rasaq; panchei duro de cortice thura  
Roboris; & pinguem torto de caudice myrrham

Dij

**F** I 13 Baptista Mantuanus

**A**d christi delubra ferens: cape summe deorum  
Munera dicebat: primæ cape dona iuuentæ  
Quæ tibi per steriles apis hæc tua colligit agros.  
Primus abel pingui coluit tua numina sacro:  
Melchisedech panum calathos & cymbia bacchi  
Obtulit. habraamus dulcē sua gaudia natum.  
**A**t nos synceræ tibi virginitatis honores:  
Collectosq; pia de sedulitate legendi  
**O**fferimus flores: nostra hæc tibi munera sunto.  
**C**Optimus interea. In hac parte docet quomodo angelus gabriel  
ad diuam virginē catharinā missus est: & quibus vacante inuenierit  
quia lectioni diuinarū ac humanaꝝ rerum: quæ oīa verisimilia sunt  
nec dissimilia ijs q̄ de sacro sancta virgine maria afferuntur: quā esaīa  
lectitasse dum salutare dicunt. Quæ vero in vocabulis obscuritas  
esse potest: in expositione patebit: quæ talis est. Deus optimus au-  
ctor mentis honestæ: & custos pudiciciæ: premonet interea dū sic  
maxentius properat: ab alto. i. celo: ne virgo regia. i. regis filia ca-  
tharina: circuuenta dolis labatur. i. cadat: subito. i. ex improviso.  
P̄monet inquā: & tradit celeri ministro: scilicet gabrieli archāgelo:  
mandata quæ postea patebūt. nō enim congrueret ea bis ponere.  
Ille scilicet gabriel: labitur. i. dulciter descendit per immēlos anfra-  
ctus. i. orbes & tractus: ab ortu coeli glacialis. i. cristallini: & pene  
trans per aurea. i. stellata & splēdenta cornua tauri. i. illius signi in  
firmamento positi: restringit. i. suo fulgore imminuit: flāmas id est  
splendorē: pleiadum. i. illarū septem stellarū: & præterit. i. pertrāsit  
ipso septē errores. i. planetas: ab errando sic dictos: cū tamen f m  
Pliniū minime rent: fixi tamē nō sunt: propriosq; motus habent  
& ipse accipit exiles. i. tenues & subtile artus. i. subtile corpus ex  
rariis ignibus: quia ex igne elementari: sub orbe. i. globo triuē: id ē  
ipsius lunę: quæ triuijs praefit: & tria ora habere dicitur & luna vo-  
cari in celo: diana in terris ac venationibus: & p̄serpina apud in-  
feros. Progenies regia: scilicet catharina: redimita cultu pudico: la-  
tet clausa modico antro testudinis. i. cameræ testudinatae: & pīdæ  
id est varijs lapidibus ornatae (quia in conclavi ac loco cōcluso col-

Triuia

# Parthenices Catharinariae Liber I Fo. XV

lectiores habemus sensus: & minus impeditur ab exterioribus) latet dico clausa: inter libros socraticos. i. philosophicos: non quos socrates scripsit: sed quos qui socrate fecuti sunt scripserunt: & superple eos quos academia. i. schola platonicoꝝ: & stoia id est porticus hoc est schola stoicorum: haec quondam. i. aliquando tempore præterito: de fontibus cæcropijs. i. atheniensibus: a cæcrophe athenaru rege. A tqꝫ pro & ipsa stipata. i. quasi compresa & circuſſa voluſinibꝫ duarū legum: id est vtriusqꝫ testamenti. voluebat animo abſtrusos: id est occultos sensus: & fīgebat: vegetes acies. i. vigorosam acrimoniam acris ingenij sui: in omne enigma quod latet tenebris: id est in omnē ſententiā ſacrae ſcripturæ dubiam nec ſatis perspectam: & penetrabat acutovisu id est ſubtili ſcrutatione: miftaria inuelata: id est abſtrusa & occultata miris modis: & condebat id est reponebat & collocabat animo vigili: quicquid exemplaria græca ferunt: id est afferunt: ad ornatū ſanctæ fidei: & ipsa ferens ad delubra id est templa christi: quasi omnē frugē affidui ſtudij: & quaſi. i. tanqꝫ primicias fertiliſ agri: & quaſi aurum collectū de ſordibus: & quaſi gemmas fulgentes collectas ſupple de puluere: id est arenis gangis: id est illius fluuij orientalis: & quaſi thura rafa. id est decerppta de duro cortice roboris pāchei: id est arboris in ſabea regione naſcentis apud pancheos: & quaſi myrrham pinguē rasam ſupple aut collectam de caudice: id est trunko & ramo: torto id est violēter expreſſo: ferens inquā frugem affidui ſtudij ſui ad delubra christi: dicebat. o summe deorum: cape munera: cape dona: primæ iuuētæ quaſe hæc tua apis (ſeipſam monſtrat: quia hæc de prima persona qꝫ de ſeipſa loquitur dici vult. Dicitur autem apis in nomiatiuo ſicut apud Ouidium. Non apis inde tulit collectos ſedula flores. Alibi apes fere reperitur) colligit tibi per steriles agros: quia in ægypto pauci erant fideles. Abel coluit primus tua numina pingui ſacro: quia obtulit de primogenitiis gregis ſui et de adipibus eorum. Genesis quarto. Melchisedech obtulit calathos panū: & cymbia id est vascula ad modum cymbæ: id est nauiculæ facta bacchi: id est vini Vnde genesis. xiiij. At vero melchisedech rex ſalē proferens panē et vinū &c. Abraamus obtulit: quia offerre voluit dulcem natum: ſcilicet yfaactū exiſtentē ſua gaudia. (Auctor iuxta doctrinā priſci ani: de noibꝫ barbaris latina interdum facit: ſicut hic ab abraam abraamus: & alibi ab yſaac yſaacus ponitur). At id est ſed: nos afferrimus tibi honores virginitatis syncere. i. integræ & incorruptæ: & flores collectos de pia ſedulitate legēdi: hec ſunt tibi noſtra munera. i. hæc munera habeas de nobis.

Abraam<sup>o</sup>.

D iij

Regia dum tales voluit sub pectore curas  
Et fugiens animo terras cœlestia virgo  
Cogitat: ecce nouæ lucis micat igneus ardor  
Atq; repercuſſo paries ſplendore coruſcat.  
Auratae miuere trabeſ; miuere columnæ:  
Et ſubitiſ viſum flammis ardere lacunar.  
Nuncius emiſſo nitidis e nubibus ore  
Regia progenies dixit. quia concipiſ alto  
Corde deum confeſſa tibi conſortia diuum.  
Pone metum: ſecura meaſ intellige voceſ.  
Ille ego qui mariaſ ſanctas orator ad aures  
Ante fui: tibi de ſummo modo mitter olympos.  
Nam tibi poſt illam priſti debentur honores.  
Inter virgineaſ acies albentia caſtra.  
Scis veteres odio lucis ſtudioq; malignæ  
Mentiſ & imperij vanaq; libidine laudis  
Difſentire deos christo: & molimine magno  
In mores certare bonos: nec poſſe nitorem  
Ferre pudicitiaſ. clymenes corrutor apollo  
Preſſit ariftei matrem. nymphamq; dionen  
Iuppiter. europam. danaen. asopida. laſdam.  
Arq; lycaoniden. maiam bacchiq; parentem.  
Falcifer oceani natam. minoida bacchus.  
Perſephonen pluto rapuit. ſimoentis ad amnem  
Congreditur venus anchisæ. thetidosq; cubile

Parthenices Catharinatæ Liber I Fo. XVI

Pelleus incestat; rector neptunus aquarum  
Phorcida. deucalidem fraudis surumq; magister  
Mercurius: venerem mauors: & pallada frater  
Polluit: endimyon vultu. pan yellere lunam:  
Iasius cererem. nulla est sine labe deorum  
Progenies. nisi forte suum quæ plangit osirim  
Inachis arguto pellex iunonia fistro.  
Et tibi virginitas istis odiosa parauit  
Insidias. In te longinqua a thibridis vrbe  
Et coniurata descendunt prælia memphi.  
Nulla sub indigno virtus est principe tuta.  
Nulla sub incesto castis est gloria rege.  
Nam vicijs probitas semper contraria pacem  
Nescit: & hostiles dextra leuag cateruas  
Sustinet. illatosq; parat se semper ad iactus:  
In virtute labor. sed in ipso certa labore  
Dona: fit ex operis merces. æterna resurgit  
De sudore quies: & de macore voluptas.  
Non habet ex omni numero plebisq; patrumq;  
Victricem nisi qui potuit certare coronam:  
Et multis certare datum: sed vincere paucis:  
Atq; coronari & celebres vectare triumphos.  
Quare age surgentes audaci naue procellas:  
Rumpe. per aduersos aperi tua carbasa fluctus.  
Nec flantes horresce nothos nec murmura ponti.

D illj

Irato te crede mari: proramq; patentes  
 Ad cœli conuerte vias: reget ipse per vndas  
 Temonem velumq; deus: puppemq; tenebit:  
 Nec sinet in scopulos fragilem transtare carinam.  
 Semper olympiaca terram speculatur ab arce.  
 Et quoscunq; operi vidit se accingere sancto  
 Numine praesenti deus adiuuat: odit inertes.

Pugnam inuade: deo nihil inspirante timendū.  
**C**Regia dum tales. Hic habetur oratio gabrielis ad diuam catharinam: in qua recitatū adulteria & obsecra vita deorū gentilium. verū Plinius in secundo naturalis historiæ dicit accedere proxime ad dementiam: credere matrimonia aut adulteria inter deos fuisse. verū tamen stulta gētilitas cum qua catharinae agendū fuit: habuit eos qui talia cōmiserant pro dijs suis. Multæ aut tanguntur fabulae aut historiæ quas paucis percurrā. Clymene oceani & thetyos filia ab apolline corrupta: phaetonta genuit: qui patris currum regens in æridanū præcipitatus est. testante Ouidio in principio secundi metamorphoseon. Cyrene nympha & filia penei fluuij thessalię ab eodem apolline oppresa aristēum peperit: qui in arcadia regnauit mel inuenit: & lactis coagulum et vsum olei. De quo Vergilius in fine quarti georgicorum. Dione nympha oceani & thetyos filia a Ioue compressa venerem peperit. Europa agenoris filia a Ioue in taurum verso delusa & oppressa est: & ab ea pars tertia mudi denominata. De hac ouidius in principio tertij metamorphoseos. Danae acrisi filia a patre turi inclusa: a Ioue in pluviā auream verso corrupta singitur & perfū peperisse. Vnde ouidius metamorpho. libro quarto mentionē facit. Aegina a lopi fluuij achaię filia a Ioue rapta & oppressa insulae eginæ nomen dedit: & æacū patrem pelei: telamonis & phoci genuit. Læda seu græce læde tindari cōiunx ab Ioue in cygnū verso compressa pollucē & helenam genuit. nota est fabula. Calisto lyconis arcadiæ regis filia (vt scribit hesiodus) studio venationis inducta relicto patre: sese in silvas contulit: factaq; vna ex comitibus dianæ tandem sola inuēta a Ioue oppressa est: quod facinus cum aliquādiu cælasset: tandem iussa cum cæteris lauari: tumore vteri crimen detexit: quābrem indignata dea: illā

Clymene

Cyrene

Dione  
Europa

Danae

Aegina

Læda

Calisto

in vrsę effigiem commutauit: in qua specie non multo post filium peperit quę arcada nominauit: vnde arcadia postea dicta. Alii tradunt iouem in diane specie cum solam comperisset: tū ea cōcubuis se: nota autem est fabula quomodo in cœlum translatā dicāt. Maia in cylene monte a ioue compressa mercurium genuit. Semele a ioue corrupta & ab eo secum in specie fulminis concubente extincta moriēs bacchū peperit. Phyllīra oceanī filia a saturno in equū verso cum iouem quereret oppressa chironem seu chirona genuit iustissimum centaurorum & achillīs præceptorē. Ariadne minois cretenis regis filia a theseo tanq; sponsa: cum phedra forore domo paterna aucta & in naxo aut chio insula ab eo dormiens derelicta: expergefacta cum q̄stibus omnia impleret a baccho transeū te amata & cognita thoantē genuit lemni postea regem. Persephō nem seu proserpinam cereris filiam pluto cum vxore careret rapuit ac violauit. Venus anchisē per adulterium cōmixta æneam peperit: vnde primo enei. Tu ne ille æneas quem dardanio anchisē. Alma venus phrygij genuit simoentis ad vndam? Thetis ex pelleo viro mortali achillem genuit. Medusē filiæ phorci ex ceto maris belua circa littus vagantis pulchritudine captus neptunus: fugiēt temq; persecutus eam in phano palladis opprescit: quam iniuriam vlcificens dea crines puellæ in angues mutauit: fecitq; vt omnes eā insipientes in lapides verterentur: longa sed nota est fabula. Mercurius ex lycaone deucalionis filia autolium genuit: quo circē hic deucalidem: non dedalidem scribendum putem: vt sit patronymicum per ablationem litterarum sicut scipiades pro scipionides. Venērem vulcani coniugem mars polluit. Et pallada frater eius vulcanus polluere conatus semē in terram fudit: vnde erichtonius natus fuit: anguinis pedibus. Endimion pulchritudine vltus lumen in amplexum illexit: virgilius tamen vellere id factum dicit quod hic pani datur. De inachide. i. ifide quæ de io dicitur prius dictum est. Cetera exponēdo patebunt. Ordo igitur est. Dum regia virgo videlicet Catharina: voluit tales curas sub pectore: & dū i pā fugiens animo (corpore enim non potuit) terras. i. terrena: cogitat id est animo complectitur coelestia: ecce (quod inopinatae rei aduerbiū mest) ardor igneus nouæ lucis: micat. i. coruscat & resplendet: atq; parties coruscat splendore repertus: trabes auratae. i. auro teatæ: micuere: colunæ micuere: & lacunar. i. connexio trabium in medio cameræ: visum sup. est: ardere flammis subitis. i. ex improviso ortis. Nuncius. s. gabriel: dixit ore. i. vultu emisso e nubib⁹ nitidis: o regia progenies: cōsortia diuum. i. diuorū. i. spirituū coelestium

Maia  
Semele  
Phyllīra.

Ariadne

Persephōe  
Venus

Thetis  
Medusa

IV F. Baptista Mantuanus

sunt concessa tibi: quia tu concipis deum alto corde: pone: id est de  
pone metum: & secura. i. seorsum a cura & minime sollicita intelli-  
ge meas voces. Ego existens ille qui fui ante. i. prius orator: id est  
legatus ad sanctas aures mariae. f. matris domini ad quam missus  
est angelus gabriel: luce. i. Bene autem secunda brevi ptilit more la-  
tino quia etiam marius latinum nomen est) mittor modo tibi. i. ad  
te & ad tuam consolationem: de summo olymbo. i. coelo. Nam pri-  
mi. i. pcpui honores debentur tibi post illam. f. virginem mariam  
inter acies virgineas (appositorie. q. d. existentes) castra albentia. i.  
stolis albis fulgentia. (Castra autem hic posuit & prius pro confor-  
tio seu collegio & coetu multorum ad idem officium quasi ad eadem  
militiam deputatorum) Tu scis veteres deos. i. quos vetusta genti  
itas coluit dissentire christo: id est consiliis & pceptis christianis:  
odio: id est propter odium lucis: & studio malignae mentis: & libi-  
dine: id est inordinata affectione imperi et vanaelaudis. & scis eos  
certare magno molimine. i. conatu: in. i. contra: bonos mores: nec:  
id est et non: posse ferre: id est pati & tolerare nitore pudicitiae. apol-  
lo existens corruptor. i. violator clymenes matris phaeontis (non  
dices phaeontis licet id semel legatur apud martiale) pressit: id est  
oppressit dionen nympham & matrem veneris: & europam filiam  
agenoris: danaen filiam acrisij. A sopida: id est eginae filiam aso-  
pi: laedam vxore tyndari: atq; lycaonide: id est lycaonis filiam vi-  
delicet calisto aut si mauis calistona. item maiam matrem mercurij  
& filiam atlantis: et parentem. i. matrem bacchi. f. semelen. Falcifer  
id est saturnus falcem eo q; vitislator est feres: pressit aut rapuit gna-  
tam: id est filiam oceani. f. phylliram matrem chironis. Bacchus ra-  
puit minoidea. i. minois filiam ariadnen. Pluto rapuit persephonē  
(qua latine proserpina dicitur) filiam cereris. venus vxor vulcani  
conceditur anchise: id est coit cum anchisa: ad. i. iuxta amnem si-  
moensis: illius fluuij troiani (declinatur autem hic simois huius si-  
moensis &c.) Pelleus rex thessalię incestat. i. polluit cubile thetydos  
scilicet nymphę et matris achillis: Neptunus rector aquarum pol-  
luit phorcida: id est phorci filiam. f. medusam in templo minerue  
seu palladis: Mercurius magister. i. auctor et inuentor fraudis et fu-  
rum: polluit deucalidem. i. deucalionis filiam lycaonen. mauors. i.  
mars polluit venerē: & frater palladis. f. vulcanus polluit pallada:  
aut saltem secundum fabulas id conatus est: endimion pastor ille  
polluit lunam vultu. i. pulchritudine vultus sui: Pan deus pastorū  
polluit lunam vellere. i. pcio velleris nitidi. Iasius polluit cererem:

Parthenices Catharinariæ Lib.I. Fo.XVIII.

nulla progenies deorum. s. gentilium est sine labe: nisi forte inachis  
id est Iō inachi filia: existens pellex iunonia (quia iunnonem thala-  
mo legitimo fraudauit: committens cum ioue adulterium: non ergo  
eam pollutam dubitat: sed cum in ægypto colatur eius vitam  
catharinæ maxime notam significat) quæ plangit fistro: id est illo  
instrumento musico arguto: id est stridulo & sonoro: Osirim suum  
videlicet maritum. Et virginitas odiosa istis: scilicet vilibus & tur-  
pibus dijs & deabus paravit tibi insidias. Prælia descendunt in: id  
est contra te: a longinqua vrbe thibridis: scilicet roma: & a memphi:  
id est egypto coniurata in te. quia nulla virtus est tuta sub princi-  
pe indigno: id est malo qui indignus est principatu: Nulla gloria  
est castis sub rege incesto: id est non casto. Nam probitas semper  
cōtraria vitijs: nescit pacem: & sustinet dextra et leua: id est ab utraq; parte:  
vel totis viribus: catenuas: id est acies aut copias hostiles: &  
parat se semper ad iactus illatos: id est inferribiles) Labore est in virtute:  
sed certa dona sunt sup. in ipso labore (hoc catonis apud Aulū  
gellium verbum est) merces fit ex operis: id est operationibus et di-  
ligentia. quies eterna surgit: id est oritur de sudore: id est molimine  
& lucta contra vitia: et voluptas surgit de moerore: id est tristitia  
quia beati qui lugetis & cetera. Quisq; sup. ex omni numero  
plebis: id est humilium & patrum: id est nobilitum non habet cor-  
onam victricem: id est victoriae mercedem nisi is supple qui po-  
tuit certare: et datum est multis certare: sed paucis vincere: vel  
sic: & certare est datum multis: sed vincere atq; coronari et ve-  
ctare: id est secum auchere celebres triumphos: paucis sup. da-  
tum est. Quare: id est quamobrem: age:hortanis est: rumpere au-  
daci naue procellas surgentes: id est vince forti pectore tentatio-  
nes futuras: & aperti: id est pande: tua carbasa: id est vela per fluctus  
aduersos: id est audacter resiste aduersitatibus in te venientibus:  
nec horresce notos: id est ventos illos humidos: flantes sup. in te:  
nec horresce murmura ponti: id est maris: crede: id est committe  
te te mari irato: id est commoto: et conuerte proram: id est prior-  
rem partem nauis tuæ a proruendo dictam ad vias coeli: id est iac-  
ta cogitatum tuum in deum: ipse deus reget per yndas temone  
id est gubernaculum & velum: et tenebit puppem: id est posterio-  
rem partem altioremcq; nauis ybi nauarchi seu naucleri: hoc est pa-  
troni & gubernatores nauium sedent. nec deus sinet: id est permit-  
tet carinam: id est nauem a parte totum: fragilem: tranare: id est  
nando trânsire in scopulos: id est saxolas rupes aquis coopertas in

Præsens.

Contra ignauos  
verbū Catonis.

mari (Quia fidelis est deus qui non sinet vos tentari id quod potestis) Et ipse speculaſ. i. quasi e specula videt semp terrā ab arce olympiaca (quia prospexit de excelso sancto suo: dñs de cœlo in terrā aspexit) et de⁹ adiuuat numine p̄senti. i. benigno & cito auxiliante (Præsens enim dicitur quicquid cito operatur quod debet: vt præsens venenum quod cito necat: p̄sens amicus qui cito adiuuat) quoſcunq; vidiſ accingere. i. disponere ſe sancto operi. i. ad sanctū opus: & ipſe deus odit. i. odio prosequitur inerter. i. ignauos & ſine arte atq; industria exiſtentēſ quaſi ſtertenteſ & oscitabundoſ: i. uade pugnam: nihil timendū eſt: deo inspirante. i. dūmodo de⁹ inſpirate: contra dicitur. iſ. ænei. Sed nihil inuitis fas queq; fidere diuiſ. Superiorem ſententiā ſi chabet cato apud ſalutifū in catilinatio. Non votis neq; ſupplicijs muliebrib; auxilia deorū parantur: vigilando: agendo: bene consulendo: proſperē omnia cedūt. ubi ſecordiæ te atq; ignauiae tradideris: ne quicq; deos implores: irati infeſtiq; ſunt.

Nuncius hæc. humili facundia virginitis ore

Sic reſponſa dedit. Vobis ego numina grates

Non ſi vel totidem linguis quod dicitur Argus

Luminibus vidiffe loquar: per ſoluere poſſim.

Omnia vos homini vitamq; alimentaq; vitæ

Vos datis: & cœli vos aspirati amore.

Blandiciiſq; rudes ad contemplanda leuatis

Aſtra animos: & opes veſtras monſtratis in iſpis

Ignibus & cœli ornatū mundiq; decore

Perpetuo: noſtræ ne forte libidine mentes

Se lutea immergeant nequeantq; attollere frontem

Ad coeleſte bonum: noſtræ vos cura ſalutis

Sollicitat: nec noſtra diu durare potestis

Damina pati: veniamq; datis peccantibus vltro.

Me prope lactentem charisq; parentibus orbam

Parthenices Catharinariae Liber I Fo. XIX

Ante puellaris q̄ vos agnosceret ætas  
Cum neq̄ fabar adhuc vos suscepistis alendam.  
Propterea nunq̄ diuis ego thura piandis  
Vlla dedi: nunq̄ su mantia vidimus exta.  
Sola dei mihi cura satis, mea tempore ab illo  
Virginitas addicta deo: votisq̄ vocata  
Palma triumphalis pugnæ: qua sanguine fuso  
Testificata thronum christi super astra venirem:  
Misereretq̄ choris superum; sed emq̄ beatam  
Aetherea sortita: domo regna illa viderem  
Aeternis congesta bonis: visuq̄ tuerer  
Perspicuo: quod certa fides sed nubila monstrat.  
Est amor iste furor: quo tempore saucia longo  
Nectar & ambrosiam sitio: tantusq̄ medullis  
Ardor inest: tantus cœli calor ossibus hæsit:  
Ut mors nulla queat mihi formidanda videri  
Sed iucunda magis, cur non quæ pertulit agnes  
Ipsa feram: cur non agathes imitabile fatum?  
Lucia: cuius erat neq̄ mens: neq̄ fortior ætas:  
Vicit: & istarum felix trinacria palmas  
Vidit, anastasia: tellus romana triumphis  
Gaudet: ad istarum laudes & præmia curro.  
Tu modo qui cœlo frueris diuine minister:  
Hæc offer mea vota deo: si fauerit: omne  
Dulce mihi certamen erit: pugnamq; diemq;

Arbitrio legat ipse suo, sic fata nitentes  
 Vertit humi assurgens oculos, se nuncius albam  
 Colligit in nubem, sparsisq; per atria succis  
 Ambrosiæ: dulc' repetiuit sidera cantu.

Argus

**C**Nuncius &c. Hic ponit responsum diuæ martyris: quod sane dí fertū est: sed nō adeo obscurū. Certū est argo centum oculos a poe-  
 tis dari: nec simpliciter centū linguis dicit, quia vt inquit persius.  
 Vatibus hic mos est centū sibi poscere voces. Vñ vergi. in. vi. ho-  
 merū imitatus dicit. Non mihi si linguae centū sint: oraq; centum  
 ferrea vox: oēs scelerū comprehendere formas Omnia poenarū percu-  
 rere noīa possem. Ordo igit est. Nuncius hæc supple dixit. Facun-  
 dia virginis. i. ipsa virgo faciūda: dedit sic respōsa humili ore, o nu-  
 mina. i. o potestates coelestes seu o beati spiritus: ego nō possim p-  
 soluere vobis grates. i. gratias supple cōdignas (vnde dicit perfol-  
 uere qđ est perfecte soluere) si. i. tametsi ego loquar vel. i. etiā: toti-  
 den linguis quoē luminibus. i. oculis argus dicitur vidisse: hoc est  
 centū. Vos datis homini oīa: videlicet vitā & alimēta vitæ: & vos  
 aspiratis amorē coeli. i. coelestiū: & vos leuatís blanditijs .i. blādis  
 inspirationibus animos rudes ad contēplanda astra: & vos mon-  
 stratis vestras opes. i. diuinitas & facultates: in ipfis ignibus. i. fide-  
 ribus coeli: quia cœli enarrant gloriā dei: & in ppetuo ornatu coeli  
 & decoru mudi: ne nostræ. i. humanę mētes immergāt forte se: libi-  
 dine lutea. i. affectione terrena: & nequeāt attollere frontē ad bonū  
 coeleste. cura nostræ salutis sollicitat vos: nec potestis pati nostra  
 damna durare diu: & vos datis nobis peccātibus vltro. i. sine me-  
 rito nostro: veniā. Vos suscepistis me prop̄e. i. quasi adhuc lacten-  
 tem. i. fugentē: & orbā. i. priuatā charis parētibus: anteq; ætas pu-  
 ellaris agnosceret vos. s. cum neq; fabar. i. loquebar adhuc. i. cum  
 essem adhuc infans: suscepistis inquā me alendā. i. educandā & aio  
 & corpore. Propterea ego nunq; dedi vlla thura: diuis. i. diis gen-  
 tilium piandis. i. placādis: id est ad placādos deos gentiliū: & nos  
 nunq; vidimus exta fumantia. i. nunq; sacrificauimus idolis. Sola  
 cura dei fuit mihi satiſ. mea vīrginitas. i. castitas vīrginalis: est ad-  
 dicta. i. consecrata & dicata deo: ab illo tēpore. & palma. i. victoria  
 aut corona victoriae: pugnæ triūphalis. s. martyrum: est vocata. i.  
 desiderata a me: votis. i. toto desiderio: qua scilicet pugna ego testi-  
 ficata thronum. i. maiestatē diuinam christi: sanguine meo supple-

fuso: venire super astra. i. in coelum: & misceter choris superum pro superiorum id est coelestium: & ego sortita. i. in sorte accipiens in domo aetherea id est colesti sedem beatam: viderem illa. i. laudatissima regna congesta id est accumulata aeternis bonis: & tuerer. i. inspicere per spicu id est claro & perspicaci ac penetrante visu: id supple quod fides certa: sed nubila id est obscura monstrat (quia videmus nunc in enigmate: tunc autem facie ad faciem) Aduerte tuerer per secundam declinationem a tueor deductum: quod non solum defendere: sed etiam inspicere significat. nam tuor alexandrinum rarum inuentu est.) Iste amor quo ego saucia longo tempore sitio: nectar id est potum celestem: & ambrosiam id est cibum celestem: hoc est fruitionem diuinitatis christi: est furor id est rapit me extra me: q[ui] tatus ardor ineft medullis: & tantus calor: id est feruens amor coeli hæsit ossibus supple meis: vt nulla mors queat videri mihi formidanda: sed magis iucunda. Curego non feram: id est patiar supple ea tormenta: quae agnes virgo & martyr christi: pertulit id est ad finem vsque tulit: cur fatum. i. mors & martyrii agathes etiam virginis & martyris non est supple imitabile supple mihi. Lucia etiam virgo & martyr: cuius neq[ue] m[ea] neq[ue] etas erat supple fortior q[ui] mea supple vicit: & trinacria. i. sicilia foelix: propter presentiam earum: vident palmas istarum: tellus romana gaudet triumphis. i. triumphalivictoria & martyrio anastasiæ: ego curro ad laudes & premia: istarum scilicet virginum & martyrum. (Aduerte lector agathen seu agatham / luciam / anastasiæ / penultima breui pronunciari debere). Tu o diuine minister q[uo]d frueris modo coelo: offer deo haec mea vota. i. desideria. Omne certamen erit mihi dulce: si ipse fuerit. i. aspirauerit & annuerit mihi: legat. i. eligat ipse: pugnare id est genus martyrij: & diem. i. tempus martyrij: suo arbitrio. Et ipsa fata: id est elocuta sic: ipsa assurgens: id est reuerentia faciens veritatem humi: id est in humum. (Sic boetius. deiecit oculos humi oculos nitentes. Nuncius scilicet gabriel colligit se in albam nubem: & repetiuit sidera supple cum dulci cantu: & hoc succis ambrosiam. i. suauissimis odoribus sparsis per atria: quod boni spiritus indicium volunt.

Iam yada carpathiaæ sulcans maxentius vnde  
 Littus alexandri & phariam procul aspicit arcem  
 Atque ait o magni salue pars tertia mundi  
 Aphrica romanæ fausto precor omne classem

Tueor

Lucia

Eij

F. Baptiste Mantuanus

Aspice. & auspicijs diuum mea vota tuorum

Prospera sint: saluete dei: saluete penates

Indigenæ: quos religio longæua parentum

Excoluit. sacros venio latus honores.

Sæcta sequor mandata iouis: ritusq; reporto

Diuinos ad tempa deum. dum talia fatur

Praeuolat ad portum remis: ventoq; secundo

Cymba leuis: volucrem cursu quæ vinceret eurum:

Summaq; vi recto fugiens mouet æqua lapsu.

Fama per ægyptum prætentæq; littora ponto

Nunciat aduenisse rates ex vrbe latina:

Aduectu mq; freto romaní regis alumnū.

Cuncta magistratus lucem posuere per illam

Publica: pellei priuata negocia ciues.

Festa dies agitur: nitidis urbana iuuentus

Vestibus & multo testantur gaudia cultu:

Turba coit: pictis oneratur puppibus æquor.

Murice vela rubent: radiant aplustria coco.

Ducitur e lato gradiens maxentius ore

Splendidus & gemmis & multo lucidus auro.

Ausonijs libyciq; simul glomerantur ytring;

Sistra sonant. altis lucent in turribus ignes.

Moenia fronde virent: & odoro gramine portæ.

Alt era lux ortum casij de vertice summo

Extulerat solem cum rex iam squallida multo

Templa situ iubet ornari: veteresq; per aras  
Purpureos spargi flores: & rite parari  
Danda Echatumbæo quæ sunt animalia sacra.  
Christigenæ soliti crudis præda esse tyrannis  
Contremuere metu: & multi petiere Syenen  
Thæbæosq; lares: & Syrenaica regna  
Aethiopumq; domos & littora gentis Eremba.  
Sicut ubi mites aquilam videre columbae  
Nare per aerios tractus: nec pinguia rura  
Nec placidæ retinent epulæ. timor omnia vincit.  
Pars latet vmbroso saltu: pars alta volatu  
Tecta perit: pars montanis caua saxa latebris:  
Et pennis percussa sonat pernicibus aura  
Tunc est coepcta colli regio deserta: solumq;  
Solibus exustum assiduis: & rura venenis  
Inlyta. & arentes terræ sificantis harenæ.  
Soliuagus vastam petiit tum paulus erenum  
Hispidus: & fuluæ rectus velamine palmæ.  
Cuius ad ignotas veniens Antonius ædes  
Incidit in satyros. mox flebile corpus amici  
Condidit: & siccis vitam traduxit in aruis  
Inter harenicolas colubros & saeva leonum  
Semina graminibus vescens & fluminis ynda.  
**C**iam vada &c. Describit aduentum maxeti & qualiter suscepimus  
est ab alexandrinis. Carpathos insula est non longe a mari icario.  
excelsa et ducentorum stadiorum hinc circuitum: a qua mare carpathium

carpathos  
Carpathiū  
mare.

F. Baptiste Mantuanus

Alexandria appellatum est: quod ex parte austri iacito cōiungitur docet strabo li. xi. Littus alexandri. i. alexandri ciuitatis ab alexandro constructae inter duo maria q̄ locū vndiq; alit: alterū a meridie qd maris lacus: mareotis appellatur. In magno autem portu iuxta igrefsum ad dexteram est insula & turris pharus: quam turrim phariam arcem hic appellat. Auspicis diuum: nullam rem magni momenti romani olim sine auspicio. i. auī inspectione incoabant: vñ auspicium p̄ felici incoatione: & auspicari proincepsse vulgo legimus. Cives pellei. i. alexandrini: nā alexander conditor vrbis pelle⁹ erat vnde Iuuinalis. vñus pelleo iuueni non sufficit orbis. Dic̄tus autē pelleus a pellav̄be macedoniac in littore ēgei maris: in qua philippus pater alexandri et ipse alexander magn⁹ nati sunt. Apulstria sunt ornamenta nauium quasi superflua vt sine quibus nauigari potest ab & priuatia particula & ὡλιοσ quod est nauigatio. Iuuenalis amplustre dixit: quasi sit quid amplius q̄ ad nauigandum requiratur & in plurali: nunc per la nunc per a tantum vtrumq; reperitur. Casius mons est circa pelusium: ab oriente alexandriam respiciens. Ecathombe: centum capitum sacrificium est. Syene vrbis est in confinibus æthiopiae atq; ægypti supra alexandriam: meridiem versus. Thebe huius thebes vrbis ægypti fuit quam busiris ægypti rex condidit græci heliopolim. i. folis vrbem vocare: centum portas habuisse fatetur. Iuuinalis dicens: Atq; vetus thebe centum iacet obruta portis: a thebe autem fit thebeus: vnde hic thebeosq; lares. Sunt etiam thebe in boetia vnde theban⁹. num. deducitur. Gentis eremb⁹. Erembos strabo arabes verisimilius dici censem: suntq; in extremis arabie æthiopianam versus autore dionysio. Eremus desertum dicitur: inde Eremita eius loci habitator: cum autem vastam eremum dicat: discant pueri: foeminino genere: sine aspiratione & media longa proferre. Satyros vetus gētilitas deos syluestres sed semideos putauit ac coluit quos in deleritis æthiopiæ fuisse multi prædicant. Pomponius mela vltra atlantē mauritanie montem scribit noctu persæpe visalumia: et crepitus cymbalorum ac fistularum cantus auditus: nec die repertum quēq; idcirco pro cōstanti habitū hos faunos esse ac satyros & eius generis animalia. In vita diui antonij legitur satyrum occurrisse: sed finem facio. Ordo est. Maxentius fulcans id est naui discindens sic ut terram aratro sulcamus: iam yada: id est loca proxima portui: vnde carpathiæ id est maris carpathiæ: aspicit procul littus alexandriæ ciuitatis quam alexander condidit & in qua sepultus est: & arcem phariam: id est turrim quæ pharus nominatur arq; ipse ait: o

aphrica pars tertia magni mundi: salue. ego precor aspice fausto. i.  
 felici omine: classem romanam: & mea vota sint prospera: auspi-  
 cijs: id est prouidentia: tuorum diuum pro diuorum. O dei penates  
 id est domestici: et indigenæ: id est inde hoc est ex eo loco geniti nec  
 aliunde adiecti: saluete: quos deos indigenas lōgeua relligio( cau-  
 sa metrī duplicatur sicut tertio ēnei. Maneant in relligione nepo-  
 tes) parentum: id est maiorum: excoluit. i. p̄ter ceteros coluit: ego  
 venio laturus. i. oblaturus hoc est vt offeram: facros honores: ego  
 sequor sancta mandata iouis: & reporto ad templa deum pro deo-  
 rum: ritus diuinos: interea sup. dum maxentius fatur talia. Cymba  
 id est nauicula leuis. i. velox et cita preuolat ad portū: remis et vē-  
 to secundo: vt. i. tanq̄ ea q̄ vinceret. i. vincere posset cursu. i. currē-  
 do eurum volucrem. i. ventum illum rapidissimum: & ipsa fugiens  
 id est per modum fugientis accelerans recto lapsu vix mouet equo  
 ra summa. i. summitatem equoris: quod effectum innuit poeta do-  
 lo persephones. Fama nunciat per egyptum & per littora p̄tentia  
 ponto: rates aduenisse ex vrbe latina. s. roma & alīnum: id est filiū  
 romani regis scilicet maximiani herculei: hoc est maxentium: adue-  
 ctum freto: id est mari. Magistratus. i. ij qui reip. p̄sunt: posuere: id  
 est deposuerint & cessare fecerunt per illam lucem. i. diem: cuncta  
 publica sup. negocia. & ciues pellei. i. alexandrinī ab alexādro pel-  
 leo yrbis conditore denominati: posuere sup. cūcta negocia: id est  
 ad priuatos spectantia: hoc est sua cuiusq; dies agitur festa: iutien-  
 tus Vrbana. i. multitudo iuueum vrbern illam habitantium: testā  
 tur gaudia nitidis vestibus & multo cultu. Turba. i. multitudo po-  
 puli: coit. i. congregatur: & coctum facit: equor oneratur puppibus  
 pictis: vela rubent murice. i. purpureis ornamentiis: aplustria: id est  
 ornamenta superflua ad nauigationem radiant coco. i. coccineis  
 ornamentiis. Maxentius gradiens. i. incedens ore elato: ducitur. s.  
 e nauī: existens splendidus et lucidus gemmī et multo auro. Auso-  
 niij. i. latini: et lybici. i. aphricani: glomerant, i. in morem glomeris  
 circundant & constipant simul vtrinq;. i. ab vtraq; parte. Sifra. i.  
 cymbala egyptiaca: qualia ifis gerit: sonant: quia pulsantur. ignes  
 lucent in altis turrib⁹. moenia virēt. i. viridia appetēt: fronde. i. ra-  
 mis suppositis: & portę virēt gramine odoro. i. herbis odoriferis:  
 quę oia in cōgratulationem aduētus regij siebat. Altera. s. postera  
 lux: extulerat solem ortum de summo vertice casij: id est illius mon-  
 tis: cum: id est quando rex iubet iam templa squallida: id est obsita  
 multo situ: id est lanugine & mucore: qui in locis incultis nascitur:  
 ornari: id est purgari & decorari: q̄ pro et: iubet flores purpureos

spargi per veteres aras: & iubet animalia quae sunt danda: id est ad-  
 hibenda sacro: id est sacrificio ecathombeo: id est ceterum capitum  
 parari rite: id est secundum ritum sacrificandi: quia non omne ani-  
 mal aptum erat sacrificio. Nam boues debebant esse intacti: oves  
 lecte: porci eximij &c. Christigenæ soliti esse præda crudis: id est cru-  
 delibus tyrannis: contremuere metu: & multi petiere syenen: ciuita-  
 tem illam in confinibus ethiopiæ: et lares thebeos: id est vicum ybi  
 thebe quondam erat: & regna syrenaica: & domos ethiopum: et lit-  
 tora gentis etiæ: id est arabum: hoc est diuersas regiones circu-  
 iacentes. Apud strabonem in fine operis ei⁹ Cyrenaica oppida po-  
 nuntur. A pollonia Barce Thenthira et berenice: ybi per c scribitur.  
 Ponit autem poeta similitudinē dicens. sicut columbae mites: ybi:  
 id est postq̄ videre: id est viderunt aquilā nare. i. volare (sic & virgi-  
 gilius de apibus: nare per estatē liquidam) per tractus arios: nee  
 rura pinguia: nec epulae placidæ: id est quæ placere solebant retinēt  
 sup. eas: timor vinct omnia. Pars sup. columbarum latet in saltu  
 vmbroso: pars petit volatu alta tecta: pars petit in sup. montanis  
 latebris saxa caua: & aura percussa pennis sonat: id est sonitum ma-  
 gnum dat. Regio deserta ægypti. s. est copta colī tunc: id est eo tē-  
 pore. & solum exustum assiduis solibus: & rura inclyta: id est clara  
 et famosa venenis: & terræ harenæ sitientes acarætes: sup. sunt coe-  
 ptæ colī. Paulus. s. primus eremita soliuagus. i. solus vagās petit  
 tum. i. tunc erenum vaastam. i. desertum domicilijs carens: existens  
 hispidus. i. pilosus: & tectus velamine palmæ fuluae: id est crata cō-  
 futa ex ramis palmarum q̄ mature frondes fuluas habet. Ad cuius:  
 scilicet pauli ignotas ædes. Antonius. s. sanctus veniens: incidit in  
 satyros: deos syluestres & condidit. i. sepeliuit mox corpus fleibile  
 amici. s. pauli: & traduxit vitam in aruis siccis vesces graminib⁹ &  
 ynda fluminis inter colubros harenicos. i. loca illa harenosa ilha-  
 bitantes: & inter saeva semina. i. saeuos foetus et catulos leonum.

Templa coronantur sertis: & funibus actis

Barbara suspendunt aulæa sub apside curua.

Pinguia mittuntur docti per rura ministri

Quæ vicina bibunt pisco si flumina Nili

Atq; papyriteræ dulcem Tritonidis yndam:

Et qua se viridi Mareotis harundine cingit.

Parthenices Catharinariae Lib. I Fo. XXIII

Adducant delecta boum qui corpora centum.  
Interea cultros paterasq; & thura sacerdos  
Expedit: & sacras longo locat ordine vestes.  
Ante ea neglectus meliori pascitur Apis  
Gramine: & extento iacet ad præsepio ventre.  
Iamq; dies solennis adest, mugitibus aurae  
Per fora perq; vias urbis per compita clamant.  
Aera crepant: clangore tubæ complentur acuto;  
Consequitur vulgi strepitus turbæq; frequentis  
Murmur: & inflato resonat caua tibia buxo.  
Clarus ad illustres graditut Maxentius aras:  
Et circum pellea micta romanaq; pubes.  
Angelicas alto voces sub corde volutans  
Costis adesse videt sperata tempora pugnae.  
Et q;q immota maneat sententia mente:  
Atq; adamentæis vinclis frenata libido  
Inuita ratione scelus non audeat ullum:  
Ora tamen meditans duri furibunda tyranni  
Atq; graues poenas horret: ceu saxa moles  
Pulsa freto & circum salientibus æquoris vndis  
Vapulat atq; tremit: sed non vestigia mutat.  
Dumq; animus tanto curarum impellit ut æstu  
Non procul ecce duæ vultu incessuq; verendo  
Foemineæ species adsunt: quarum vna Cybeli  
Persimilis turrita caput stellataq; frontem:

Igneus ore color possit qui pana referre.  
Pectora peruvolitant nebulæ; giroq; volucres  
Aereo ludunt & versicoloribus alis  
Aequora venter habet: pictasq; per æquora puppes.  
Squamiferiæ greges flexis per cœrula caudis  
Arrectisq; natant pinnis: ludoq; fugaci  
Per scopulos & saxa volant viride inq; per algani.  
Inferius campi herbosi: curuataq; ripis  
Flumina; & excelsi nemorosa cacumina montes  
Vertice inæquali: pectides: humanaq; tecta.  
Atq; per incultos saltus atq; inusa rura  
Auriti lepores & flexis cornibus errant  
Dorcades: & timidi damnae ramnosaq; cerui  
Cornua tollentes vacuis spaciantur in agitis.  
Hæc terum natura parens: quæ virginis ora  
Dulcibus amplectens vlnis: Quid mergeris inquit  
Filia tot curis & sollicitudine tanta?  
Contemplara meum decus & mea maxima regna.  
Sanctaq; de nostris opibus velut ante solebas  
Expulsis animo curis solatia carpe.  
Terra: fretum: nubes: flammæ: versatile cœlum:  
Cuncta meis subsunt regnis: ego cuncta guberno.  
Elige de tantis aliquid quod mulceat ægram.  
Quid tuus hic mœror sibi vult? quid dulcia miris  
Pallent ora modis: & quo tua forma recessit?

Parthenices Catharinariae Lib. I Fo. XXIII

Pone deum curas. diui sua fidera seruent;

Ambrosia viuant; & delectentur olymbo.

Terra subest homini: terrena neg ocia tracta.

Nec fines frustra humanos excedere tenta.

Tune potes volucrum per iter tranare? sub vndis

Degere: & obscuris inter delphinas in antris.

Sirenes ubi sunt & inertia corpora phocæ?

Vt tibi per spelæa maris: per lustra feratum

Sic quoq; per cœlos inter consortia diuum

Legibus æterniis vita hospitiumq; negatur.

Nec fas est homini cœlum sperare. deorum

Regna cupis: sed emq; tibi promittis olympi

Cum neq; brutorum latebris assuescere possis?

Omnia limitibus certis ego sola direm:

Quo transire nefas. ea vota superflua pone.

Sit tibi cura decor: tua sit tibi curavenustas

Ingenio condita meo dum fingere tento

Calliope oculos: & virginis ora medusæ:

Vtere deliciis: & ne contemne iuuentam.

Necte singe deam. sed te mortalibus æqua.

Sic natura parens tristem salata puellam.

¶ Templa coronantur &c. Docet quomodo maxenti<sup>9</sup> instaurauit  
sacrificia: & quomodo ad strepitum clāgorēq; sacrificatiū excitata  
est catharina ad martyrii palnam vltro petendā: refragante tamen  
paulisper natura: quia spiritus quidem prōptus caro autē infirma:  
quam rem poetice & admodū graphicē describit inducens cybelē  
matrem deorum hoc est naturam martyrio dehortantem: & gratiā

Aulea

ad ipsum inflammantem. Si qua obscura sunt vocabula ex ordine patebunt. quem simul cum expositione ponam. Est autem talis. Templa. i. phana deorum gentilium coronantur certis. i. coronis ex floribus & herbis consertis: & ipsi sup. ministri suspendunt sub apside curua. i. curuatura & arcu: Aulea. i. vestimenta parietum figuræ aut flores intertextos habentia: quæ si sternantur tapetavoz centur: vulgoq; tapeta vel tapetes dicunt: barbara. i. perigrina: & a barbaris adiecta: suspendunt inquam funibus actis. i. ductis per parietes: ministri docti. i. eruditi qui boues ad sacra apti sint: mittunt per rura pinguis: quæ rura bibunt flumina. i. irrigantur a fluminib; nili piscof. i. piscium pleni: raro enim pluit in ægypto: sed inundante nilo & arua irrigante fertilitas sequitur. Atq; quæ sup. bibunt dulcem vndam tritonidis illius paludis: papyrifere. i. pedimentis multum papyri: Est autem papyr<sup>2</sup> species harūdinis in egypto nascens: in cuius interiori pellicula aliquādo scriptitatum est: vnde carthas nunc quoq; papyrum vocant: quinetiam vestes sibi ægypti ex ea contexerat: & sup. mittuntur ad eam partem egypti qua mareotis. i. lacus ille ingens cingit. i. circundat et sepit se: viridi harundine. i. papyro: mittuntur inquam qui adducant centum corpora boum delecta. i. de alijs lecta. i. centum boues intactos & mundos qui nūq; iugum passi fuerant. Sacerdos sacrificulus. s. expedit. i. expedite parat interea cultros quibus boues mactetur: patenas. i. vasea patentia quibus sanguis suscipiatur: aut vintum inter cornua fundatur: & thura quibus sacrificium compleatur: & locat vestes sacras. i. quibus in sacrificiis vtendum esset longo ordine: p quod multe significarur fuisse aut magnæ. Apis. i. bos egregius in quem osirim se conuertere putant: neglectus ante ea sup. tempora: pascitur meliori gramine: & facet. i. recubat ad p̄sepiā vêtre extēto. i. pingui & obeso & cibo ac pingui pleno. Vt vero rem paucis expediam. Iuxta stygem paludemyltra quam isis mariti sui (quem osyrim diximus) membra tandem inuenta sepelierat: bos egypti apparuisse dicitur: quem egypti osyrim putauerūt: & vt deu adorare coeperunt: mutatoq; nomine apim vocauerunt: quod lingua eorum bouem significat: deinde etiam serapis dictus est. Hic bos dicitur insignis in dextero latere canderite macula q; cornibus lungi similis est iam crescere incipientis. nodum sub lingua habet quem cantharum appellant: non est phas eum certa vīte spacia excedere Mersum in sacerdotum fonte enecant: aliūq; multis lachrymis & luctibus quem substituat querunt: & donec inuenerint derasis etiā capitibus mcerent: inuentus deducitur a sacerdotibus memphim:

Papyrus

Apis

vbi gemia ei delubra sunt: thalamosq; vocat: quo & alterū intrasse mortiferū est: in altero dira portēdit. respōsa priuatis dat: & de manib; cōsulentī accipit cibū. Germanici cæsarī manus aduersat<sup>9</sup> est: qui paulopost extīctus est. Cū se prorūpīt in hominū coetus sine strepitū īedit: lictorū & pueros; caterua comitaſ. quæ cōcinit carnē in honorē eius qđ ille intelligere videſ & adorari velle. Fœmina bos semel in anno ei ostēditur: semp eodē die & inueniri eam & extīngui memorāt: hæc de api fabulātur. Vt ergo ægyptijs com placet: inouauit eorū quoq; sup̄stītioſa sacra. Iāq; dies &c. Ordo est: & dies solēniſ adeſt iam: aurē clamāt. i. resonāt mugitib;. f. boū per forā: p. vias vrbis: & p. cōpīta. i. loca q̄ populus cōpetit. i. simul petit. æra. i. instrumēta ærea crepāt. i. crepitū faciunt: & turbæ complētur acuto clāgore: strepitus vulgi cōsequit & murmur turbē fre quētis. i. plurimæ. & tibia caua. i. fistula facta ad morē tibiaꝝ (quia olim ex tibijs gruum fiebat fistulæ & adhuc interdū fiunt) resonat buxo. i. ligno buxi cauato: inflato. buxus arbor est semper vīrens. buxū materies. Virg. & torno rasile buxū. Maxētius clar⁹. i. resplēdēs & stipatus multis satellitib; graditū ad illūstres aras: & pubes .i. multitudō iuuētiū pubescētiū: pellea. i. alexādrina ab alexādro pelleo denōiata: & romana micat circū. i. in circuitu eius. Costis. i. filia costi catharina: volutās. i. frequēter voluēs sub alto. i. pfundo & sagaci corde voces angelicas. i. ea q̄ gabriel p̄dixerat. Videt tpa pugnē speratae. i. desideratē adesse: & q̄q sentētia. i. propositū subeundi martyrii: maneat mente imota. i. mutata: atq; q̄q libido. i. inordinata cōcupiscētia: frenata vīclis per syncopā pro vinculis adamāteis. i. durissimis (vis vt nulla virum nō ipsi excindere ferro cælicolē valeat: vt dicitur. vi. ænei. dicit aut̄ more græcoꝝ adamāteis. nā adamātinis latine dicit̄: sed penultia breui.) nō audeat vīlū scelus: rōne iuīta. i. tenuēt & obstatē: tamē ipsa virgo. f. meditās ora furibūda. i. vultū & aspectū tyranni furētis: atq; meditās graues poenas: horret. i. horrore concutitur. Horror aut̄ est dum aut̄ timore aut̄ frigore mēbra cōcutiuntur ac tremūt inuitis nobis: ceu. i. veluti moles saxea. i. colūna saxea: pulsa freto. i. mari feruido: & vīdis aquoris circū salientibus: vapulat. i. percuditur quidē: atq; tremit: sed nō mutat vestigia. i. nō depellit uīloco suo. Dumq; anīmus &c. Introducit vt dixi naturam & gratiā: vicissim vīginem sanctā cohortantē: alteram ad voluptate: alterā ad martyrii palmā in qua re imitatur illud qđ Cicero in officijs de herculerecitat: cui in adolescentia due mulieres apparuisse dicūtur voluptas & virtus. Hicēni provoluptate naturā inducit quæ ad voluptatē prona est:

Horror

Pan

Cura

& pro virtute gratia: sine qua nullus virtus perfecta. Pro natura autem dea naturae apparuisse dicit: hoc est cybeleniuersum representantem. nam stellae in fronte coelum stellatum significant: color igneus in facie: sphaera ignis: & ita reliqua facile intelliguntur: quod Seruius pana hinc dicit. Nam pan inquit dicit omne: quasi totum nivitum. habet enim cornua ad similitudinem solis radiorum & lunae cornuum: rubet eius facies ad aetheris imitationem: in pectore nebridae habet stellatam ut stellas imitantur pars inferior hispida: propter arbores & feras: caprinos habet pedes ut ostendat terrae soliditatem &c. dicit autem pan ex demogorgone & chao una cum tribus parcis natus. sed ad ordinem redeo. Dux animus catharinæ. scilicet impellit tantu aestu. id feruore cura: (quia cura dicitur eo quod cor vrat) ecce duas species feminæ: vultu & incessu veredo: adiungunt non procul quartum una pueris. id multum similis Cybeli quod mater deum dicitur. id tellus seu natura ipsa: turrita caput. id habens caput turritum & turribus ornatum: propter altitudinem coelorum: quod puer & stellata fronte. id hinc fronte stellata: propter firmamentum & planetas (& est locutio poetica. synecdochen enim oratores fugiunt) ignis color hoc est rubicundus: quod possit referre. id representare pana (enim enim facie serui rubere dicit. facit autem pan in acto pana non panem) est super in ore. id vultu eius: nebulæ: quod regionem aeris representat: per uolitatem personæ super eius: & volucres ludunt in gyro aero: alis versicoloribus. id diuersorum colorum. Venter habet aquora & puppes pictas per aquora: & greges squamiferi. id pisces natat caudis flexis: & pennis arrectis per caerulea. id maria cœrulei coloris: & volat. id celeriter mouetur ludo fugaci. id simulando fugi in ludo: per scopulos & saxa: & algæ. id herbæ marinæ viride. Inferius. id in parte inferiori super sunt: capsulae herbofisi. id prata & flumina curuata rupibus. & excelsim otites appositorie cacumina nemorosa inaequali vertice. id vertice inaequali hinc: & pecudes et tecta humana. id mansiones & domicilia hominum: atque lepores auriti. id magnas aures hinc: (sic etiam a vergilio appellatur) & dorcades. id capre silvestres: flexis cornibus. id flexa & depresso cornua hinc: errant. id vagans pascedo per saltus incultos: & rura inuia: & dampna timidi (sic in buco. Cum canibus timidi venient ad pocula dampna) & cervi tollentes. id portantes cornua ramosa spaciatur in agris vacuis. Haec super est natura: patens. id mater rerum quod amplectens dulcibus vlnis oravirginis: inquit o filia: quid. id ad quod mergeris. id obrueris euris & tanta follitudo: citudine. Contemplare meum decus & mea maxima regna: & carpe de nostris opibus. id facultatibus & diuitijs sancta solatia: & hoc curis expulsis animo: sicut solebas ante. id in priore iuueta. Terra / fretum. id mate: nubes. id aer: coelum versatile. id versatur: hoc est assidue vol-

uitur & vertit: cūcta hæc subsunt meis regnis: ego guberno cūcta:  
 elige de tantis sup. regnis & opibus: aliqd qd mulceat. i. mitiget &  
 consoletur ægrā sup. aio. i. te mōerentē. Quid hic tuus mōrōr vult  
 sibi? Quid ora tua dulcia pallēt miris modis? & quo recessit tua for  
 ma. i. tua formositas? (Forma dī fīm donatū a foruo qd est calidū:  
 eo q calor naturalis formositatē generet. cū ergo pallida sit: formā  
 nō faciē amiserat). Pone. i. depone curas deū. i. deoꝝ: hoc est religi  
 onē & metū deoꝝ: iuxta p̄ceptū epicuri: diuī seruēt sua sydera: & vi  
 uant abrosia. i. dulci ac diuino cibo: & delectētur olympos. i. coelo:  
 terra subest hoī: tracta igitur negotia terrena. q. d. cœlū cœli dñō:  
 terrā aut dedit filijs hoim. nec tenta fruſtra. i. inuanū excedere fines  
 hūanos. i. hoī concessos. q. d. altiora te ne q̄sieris. ne. i. an tu potes  
 tranare. i. trāſuolare per iter volucrū. i. auī: hoc est p̄ aera. q. d. mi  
 nime. imitaꝝ aut illud. vi. ænei. Insuetū per iter gelidas tranauit ad  
 arctos. Potes ne tu degere. i. viuere quasi deagere. i. cōſumare vitā  
 sub vndis & inter delphinas in obscuris antris? q. d. nō. (Delphin  
 delphinos hūc delphina: in plurali hos delphinas facityltima cor  
 repta: q̄ si delphines more latino dixeris p̄duceretur. etiā in buco.  
 Inter delphinas arion. dī) in antris dico obscuris sub vndis: vbi  
 i. in qbus sunt syrenes: & phocæ. i. vituli marini: appositorie: cor  
 pora iertia. i. somnolēta & sopori dedita. Vt. i. quēadmodū vita &  
 hospitiū negat tibi p̄ spelea. i. spelūcas & antra maris: & p̄ luſtra. i.  
 latibula & cauernas ferarū: sic. i. eodē modo: negat. quoq. i. etiam  
 vita & hospitiū tibi æternis legibus. i. ab ētero cōſtitutis: inter cō  
 fortia diuī per celos. nec fas est hoī sperare coelū. Cupis tu regna  
 deorū: & p̄mittis tibi sedē olympi cū neq; possis assueſcere latebris  
 brutis: amara est interrogatio cū incréptione & vi. phibēdi. ego  
 sola (inquit natura) diremi. i. diuī & ſeiuñxi oīa certis limitibus. i.  
 terminis: quos nephas sup. est trāſire: pone igīt. i. depone vota. i.  
 desideria ſupflua: decorſit tibi cura. i. cura decorē tuū: venustas tua  
 sit tibi cura: venustas ait cōdita. i. tēperata & expolita (a cōdio q̄rtę  
 q̄a penultimā p̄ducit) meo ingenio: dū ego tento. i. conor: fingere  
 i. exprimere & imitari in te: oculos calliopes: illius muſæ pulcher  
 rimæ & ſuauissimā vōcē hñtis q̄ heroicis p̄fēct: & ora. i. vultū & cō  
 spectū medusæ virginis: q̄ oēs mortales ſic attraxit: vt q̄si lapides  
 induruerit: auelliq; nequiuuerit. Vt delitijs: & ne contene p̄ ne cō  
 tēnas iuuentā. i. ætate tuā iuuenilē. Iuuenta ſīm ſeruū est ætas: iuue  
 tas dea ætatis: & iuuentus multitudo iuuenū: nec finge te deam: sed  
 æqua. i. æquipara & nō maiore puta: te mortalib;. i. cæteris hoībus  
 Natura patēs rerum ſolata eft ſic puellam tristem.

Forma

Iuuenta  
Iuuentus  
Iuuentus

Fīj

F Baptista Mantuani

Altera quæ tales paulum cunctata loquelas  
Hauserat & vasto gressum suspenderat astu.  
Affuit: aurati crines: frons lactea: fulgent  
Lucifero similes oculi. rubicunda colorat  
Lactentes aurora genas: per eburnea colla  
Cæsaries emissâ fluit. toga catena vestit  
Aurea: quæ tracto verrebat syrmate campum.  
Cœlestis nitet ore decor. sparguntur odores  
Ambrosij. crediq; nequit mortalis in illa  
Spiritus: aut numen vel non sine numine imago.  
Textus inauratae chlamydi descensus ab astris  
Prolis olympiacæ: stygios ingressus ad amnes.  
Igneâ linguarum species: qua spiritus ingens  
Intonuit super ora virum: montisq; relichto  
Vertice fidream christus remeabat in arcem  
Victor: & euulsæ cœco plutonis ab antro  
Patrum animæ niueis induitæ nubibus ibant  
Aera per liquidum: terram prædatus & orchum  
Rex supetum tali repetebat regna triumpho.  
Gratia nomen habet: cuius præstantia formæ  
Naturæ extemplo visa obscurare decorem:  
Non aliter q; sol maiori sidera luce  
Vmbrat: & exoriens alios exterminat ignes.  
Hæc igitur sic orsa loqui quid virginis altum  
Deicis in terras animum natura superbo

Parthenices Catharinariæ Liber I Fo. XXVII

Cæca supercilio! rerum te insana parentem  
Dicis: & ignoras a quo tua venit origo.  
Nec nosti genus ipsa tuum: tua signa sequuta  
Nichomachi proles stellis erymanthydos vrsæ  
Nauigat amissis: & naufraga sapient arctas  
Flante procelloso borea symplegadas intrat  
Namq; aliud vitæ genus immortalis olympos  
Noluit esse homini. sed necte credidit ortam  
Nec me vidit inops lucis: mutabile corpus  
Contemplata deum sicco pertransiit ore.  
Auspicijs hanc vsp; tuis peruenit ad oram:  
Hic sua sopito detraxit carbasa vento.  
Dic vbi(si nosti)comites: primæuaq; christi  
Castra: triumphalesq; viri: qui sanguine claras  
Emisere animas: & qui vicere tyrannos:  
Subiecere deo populos: tibi solare reliqui  
Corpora: & immundos cineres & tabida membra.  
Ipsa coronatas coelesti lumine mentes  
In sublime tuli: quare iam desine nugis  
Talibus illustres animos inuoluere cœca  
Nube tuæ noctis. versis ita fata recessit  
Passibus: at plutei lato natura sub orbe  
Virginis in thalamo fertur liquisse pauorem,  
Cuius vt agnouit fraudes abscondit amorem  
Gratia dilectdens: eius qui frangeret omne

**P** Baptifæ Mantuanæ

**V**irus: & auxilio cœptis ingentibus effet.

**P**rotulit ora pauor gelidæ sub imagine mortis

**P**allidus: & curvo contractus pectora dorso:

**C**œcus: & elinguïs: trepidus: vix ossibus hærens.

**D**entibus exertis trunca deformia nare

**O**ra gerens: & crure labans: & frigore torpens.

**C**uius ut horrificam effigiem stygiūq; colorem

**E**t testudineos virgo perterrita gressus

**V**idit: ab aspectu monstri conuersa recondit

**L**umina: & admoto texit velamine frontem.

**T**um validis ardens animis alacrig; iuuenta

**S**rēnuus & grato prætendens ore pudorem

**V**irgineum: pictasq; ferens in pectore flamas

**I**n medium prorupit amor: cornisq; repartam

**C**orripit: & monstri repetito verbere terga

**P**ulsat: & injectis agit extra limina plantis

**V**ociferans: & fuste petens caput ora manusq;

**N**on secus ac fertur: si vera est fabula: quondam

**I**nfernū domuisse canem trinthus heros.

**C**alcitrat & manibus tensis auertere cornum

**N**ititur & faciem monstrum defendere ab ictu.

**A**cruis instat amor: tetroq; in puluere versum

**E**xecrat indignan s; limoq; infigit aquos;

**M**embraq; cœnoso sepelit moribunda sepulchro.

**C** Altera &c. Describit ingressū gratiæ contra naturā: graphicæq;  
 atq; iucunde ex eius vestitu & sermone ostēdit quæ gratiæ opera: &  
 qd naturæ p̄fstat: cū sine ea nemo saluet. Ordo igit̄ est. Altera. s.  
 illarū forma: foeminearū: hoc est gratia q̄ cunctata i. imorata pau  
 lum. i. modicū: hauserat. s. auribus: hoc est acceperat & intellexerat  
 tales loquelas: & q̄ suspenderat. i. represserat: gradum. i. ingressum  
 suū vafro. i. callido: astu. i. astutia affuit. Crines supple eius: supple  
 erāt aurati. i. flauī & quasi auro tecti (quia hæc est ille aureus ramus  
 quo ab inferis redimimur) frons lactea .i. candida & dulcis vt lac:  
 candida propter caritatē quæ liuori opponitur: & vitalitatē: quia  
 mortē delet: dulcis quia sine labore obuenit et dulciter fouet ac alit  
 Oculi fulgent similes lucifero: quia ea est quæ fidem parit & intelle  
 ctum. Vnde dictū est: credite & intelligetis. sine gratia aut nullum  
 lumen nobis est. aurora rubicūda. i. rubor candori permixtus qua  
 lis est in aurora: colorat genas lactētes. i. lacti similes: cæsaries: id ē  
 coma: fluit emissa per colla eburnea .i. candida & lucentia vt ebur:  
 toga aurea vestit caetera. s. mēbra eius quæ togaverrebat campū. i.  
 solū per qd incessit: syrmate. i. cauda eius: tracto. s. p campū. decor  
 coelestis nitet sup. in ore eius: sic primo ænei. Nāq; haud tibi vult<sup>9</sup>  
 mortal: nec vox hoīem sonat &c. Odores abrofij spargunt. s. ex  
 illa. Sic iterū primo ænei. Dixit & auertēt rosea ceruice refulxit Am  
 brosiæq; cornæ diuinū vertice odorē Spirauere. Et spūs mortalis  
 .i. qualis est in corpore mortali: licet ipse immortalis sit: nequit credi  
 in illa: sed supple aut numē aut imago nō sine numine. i. potētia di  
 uina. Descēlus prolis olympiacē. i. filij dei viui: hoc est fesu christi:  
 ab astris. i. a sumo celo. vñegressio eius erat sup. textus. i. intext<sup>9</sup>  
 chlamydi. i. togę illi iauratę: & ingressus prolis olympiacē ad ānes  
 stygios. i. infernales: hoc est descēlus eius ad inferos: erat text<sup>9</sup> &c.  
 Species lingua: ignea: q̄ spūs ingēs (quia spūs dñi replete orbē  
 terrarū) intonuit sup ora. i. facies virū. i. viroq; s. ap̄lor<sup>9</sup> in die pēte  
 costes: erat supple texta &c. et christus victor remeabat. i. remeare  
 visus est in textura chlamydis illi<sup>9</sup> in arcē sidereā ad dexterā. s. p̄is  
 sui: & hoc vertice mōtis. s. oliueti: relicto. vt in die ascēsionis dñi  
 etiā patrū. s. sanctoq; ex lymbo redēpto: euulsa. i. erute & libe  
 ratæ e coeco. i. tenebroso antro: plutonis. i. p̄cipis inferni: ibāt. i.  
 ire videbātur: induitæ niueis nubibus per aera liquidū. i. purū: quia  
 rex superū. i. superoq; & p̄cōsequēs etiā inferoq;: hoc est dñs Iesus  
 cui oē genu flectit: cœlestiū/terrestriū/ & ifernoq;: pdatus. i. postq̄  
 spoliauerat terrā: quia multa corpora sanctoq; resurrexerāt cū xpo: &  
 orchū. i. ifernū: saltē lymbū & partē purgatoriū: repetebat regna. s.

coelestia: tali triūpho qualis ibi intextus erat. Gratia nomē habet:  
 vel ipsa habet nomen gratia (quia dicere possumus: erat illi gratiae  
 nomē: erat illi nomē gratia: habebit nomē gratiā: gratiae & gratia.  
 Sicut vocatis me magister & dñe. cuius. s. gratiae: prēstātia. i. pemi-  
 nentia formae: vīsa est extēplo. i. ilico obscurare decorē naturae: nō  
 aliter q̄. i. ita vt: sol vmbra. i. offuscat & obscurat luce sua maiori:  
 sidera: et vt sol exorīes exterminat. i. nō apparere facit: alios ignes  
 id est stellas. igitur haec. s. gratia est orsa. i. incepit loqui sic. O na-  
 tura cœca: superbo supcilio. i. in coecitate tua superbiēs: quid. i. ad  
 quid: deicis in terras altū animū virginis: tu insana dicis te parē-  
 tem terū: & ignoras a quo tua origo venit: nec ipsa. i. tute nosti. i.  
 nouisti tuum genus. i. principiū tuæ gñationis: quia lumine solius  
 naturae fretus nemovnq̄ dei perfectā notitiā habuit: proles nicho-  
 machi. i. aristoteles sūmus phūs filius nichomachi: qđ nomē inter-  
 pretat vīctor belli: secuta (sic quintilianus scribi vult licet a sequor  
 deducit) tua signa. i. vexilla quasi auctoritatē tuā: aut tua indicia:  
 nauigat amissis stellis vīsa erymāthidos id ē errat vt nauita amissio  
 polo & stella maris. nā polos: quia parū mouentur nautæ maxime  
 aspiciūt: nostri aut̄ climatis potissimū polū arctū: apud quē sunt  
 duae arcti. i. vīsa: maior. s. elice: & minor. vīdelicet cynosura. erymā-  
 this aut̄ dicitur facto patronymico a loco. s. ab erymātho mōte ar-  
 cadie: in quo vagari solita est: cū tñ in lyceo monte eiusdē arcadiæ  
 vbi est lycei iouis delubrū ab arcade filio in dictū delubrū fugata  
 dicit: & inde inter astra suscepta. nā calistona lyconis filiā fuisse fa-  
 bulātur. Declinatur aut̄ hec erymanthis: huius erymāthidos. huic  
 loco sati est q̄ metaphorice dicat aristotelē errare: sicut nautæ er-  
 rantamissō polo: & ipsa proles nichomachi naufraga: intrat s̄epi?  
 symplegadas. i. insulas illas in periculofissimo loco sitas. et ideo  
 dicit arctas. i. angustas: & hoc borea vento illo peccoso. i. multas  
 pcellas excitat: flante: hoce est naturā secutus aristoteles s̄epe peri-  
 culo fissime errat. Namq; ipse noluit homini esse aliud genus vitæ  
 immortalis: in supple olympos. i. celo: sed nec credidit te o natura  
 ortā. i. productā. creditenī mundū fuisse ab æterno: nec ipsa proles  
 Ni. inops lucis: de qua dictū est. Erat lux vera q̄ illuminat oēm ho-  
 minē venientē in hunc mundū. sed aristotelis tpe nondū venerat.  
 Vanū est aut̄ aī lucē surgere &c. vīdit me. i. ḡram dei p̄ quā hō pōt  
 qđ p̄ naturā nō pōt: & ipsa cōtēplata. i. scrutata corpus mutabile. i.  
 corruptibile: p̄trāsijt deū sicco ore. i. partū aut nihil de eo dices. Ipa-  
 puenit tuis auspicijs. i. ductu tuo atq; auxilio naturali: vīsq; ad hāc  
 oram. i. vīsq; ad cognitionē terū naturaliū: & detraxit hic: ideſt in-

cognitione earum sua carbasa. i. vela: quia non amplius indagare potuit q̄ naturalia: & hoc vento sopito. i. lumine gratiæ et inspirationis diuinæ sublato: sine quo dei cognitionem habere nō potuit. Dic o natura si nosti: vbi sup. sint comites & princeps castra: id est primi milites christi. s. apostoli et discipuli eius & viri triūphales. i. martyres: qui emisere animas claras sanguine. i. per effusionē sanguinis sui: & qui vicere tyranos: & qui subiecere deo populos? Ego reliqui tibi sola corpora: & imundos cineres: et tabida membra. ipsa id est ego (Ipse enī apud nos: & auctor apud grēcos triū persona Ipse rū sunt: primē vt hic: et in buco. & ipsū ludere q̄ yellē. i. me. Secundē vt paulo ante: nec nosti genus ipsa tuū: :et. vij. aenei. Ip̄a canas &c. Tertiē passim reperies) Ip̄a igitur. i. ego (dicit gratia) tulī. i. portauimētes coronatas coelestī lumine: in sublime. i. in altū hoc ēad cœlos: quare. i. quāobrē desine fā inuoluete illustres aios nube cœca tuę noctis. i. tenebrarū tuarū: talibus nugis. i. vanis & mendacib⁹ bus dictis. Gratia fata. i. elocuta ita vt dictū est: recessit: et hoc passibus. i. vestigij versis: at. i. sed natura fertur liquisse pauorē in thalamo virginis sublato orbe plutei. i. tabule vel asperis q̄ vel qui studentiū oculis obīsci solet: cuius. s. nature vt. i. postq̄ gratia agnouit fraudes: ipsa discedēs ab scōdit amore. i. charitatē: qui. s. amor: frangeret omne virus ei⁹. s. pauoris quia charitas expellit timorem & qui eset in gentibus ceptis auxilio. i. in auxiliū. Pauor protulit ora. i. faciē sua sub imagine mortis gelidæ: ab effectu. i. gelidos facientis: existens pallidus: & cōtractus pectora. i. habēs pectora cōtracta: dorso curuo. i. incurvato: existēs etiā cœcus: et elinguis: id ē mutus: trepidus: et vix h̄erens ossibus. i. vix habēs ossa coherētia gerens ora deformia et hoc détribus exertis. i. euulsis( ab ex et sero venit exero: quia post x nō ponitur s littera & est cōtrariū eius qđ est in sero) et nare trūca. i. trūcata: hoc est āputato naso: et labans. i. titubans et cadēs sic maro. Genua labant &c. nec dices labēs: quia tunc syllaba prima deberet produci: labās igitur cruce: et torpēs fri gore. Cuius. s. pauoris. vt. i. postq̄: virgo. s. catharina: pterrita: vidit effigiē horriferā: et colorē stygiū. i. tristē et feralē: et gressus testudineos. i. tardissimos quales testudo habet: recōdit lumina. s. oculorum suorū: cōuersa ab aspectu mōstri: et texit. i. ab scōdit frontē: ve lamine admoto. Tū. i. tūc amor. s. dei & pximi: hoc est charitas: ardēns validis animis et alacriūtūta (Charitas enī nō excidit: nō ergo senescit) existēs strēnuus: et p̄tēdēs. i. p̄ se ferēs pudorē virginēi. i. qualis virginē decet: ore grato. i. placido: et ferēs flāmas. s. charitatis. pictas in pectore: prupit in mediū: & corripit. i. celeriter

capit: cornum. i. sudem ex corno arbore cuius lignum durum est: repertam. i. quā forte illic repperit: et pulsat terga monstri. s. paucis: verbere repetito. i. frequenti: et agit extra limina. i. exigit ipsū: plantis innectis: agit dico vociferans & petens. i. aggrediens et pulsans fuste. s. corni: caput: ora: et manus sup. pauoris: nō secus. i. nō aliter: ac. i. q̄ h̄eros thirinthius. i. hercules fertur domuisse quōdam (si fabula est vera) canē infernū. s. cerberū tricipitem. Monstrum. s. pauor: calcitat et nititur manibus tensis. i. extensis auertere. i. amo uere a se: cornū. i. sudem corneam: et nititur defendere faciem suam ab ictu. Amor instat acrius. i. vehementius: & indignans. i. ægre ferens q̄ resisteret: execrat ipsū verlū in tetro puluere: & infigit limo aquoso et sepelit mēbra moribunda ipsius pauoris: sepulchro cœnoso. i. foedo & cœni pleno. Et hec de primo libro hui⁹ pthenices. Si quis autē atgutulus dicat poetam nō efficere qđ instituerat hoc est non veridicos sed fictitios versus inducere: norit in hac fictiōe nihil esse falsitatis: quis enim neget in virginē fuisse amoris cū paurorem certamen: qđ in xp̄o negare nō audeat! At dicas quis credit pablicos sermones vt falsos refugis: tota in te cōsurgat biblia: sed valeat id gen⁹ homines.

## Secundæ Parthenices Liber. II.

**A**ctior & pulsa vietrix formidine virgo

**O**crys ad templum famulis paratiōe vocatis;

Nec mora, festinant omnes & sedula nutrix

Iam longæua ligat crines & virginis ora

Pallida nocturnæ sumoq; afflata lucernæ

Materne pietate clauat: celeresq; ministræ

Sepotitas vestes adhibet. tyriumq; ruborem

Induit: ar gento limbus circundatur albo:

Et caput aurato nitidum vestitur amictu.

Iam delubra subit. lucent ardoribus aræ.

Mugitu caua tecta sonant: strepit vndiq; murmur

Plœbis & astantum. Solio Maxentius alto

Parthenices Catharinariae Lib. II Fo. XXX

Gestit; & elato turbam circunspicit ore.  
Regia progenies medium progressa per agmen  
Mox oculos in se populi conuertit: euntem  
Mirantur ceduntq; via: pellæa iuuentus  
Nomina romanis eius patriamq; domumq;  
Auribus admoti narrant tenuisq; susurro.  
Illa mouens gestu pectus faciemq; venusto  
Scandit: et intrepido premit alta sedilia gressu.  
Et vicina trucem sic est affata tyrannum.  
Met tibi Maxenti solitam præferre salutem  
Admonuit regalis apex: summusq; paternæ  
Maiestatis honor: pietas violata repugnat.  
Nam colis hæc simulachra deo peritura felicto:  
Qui tibi solus opes tantas romanaq; patriæ audiens  
Regna dedit: fecitq; maris terræq; potentem.  
Nec fuit istius tanti tibi muneris auctor  
Iuppiter ægiochus creteo pastus in antro:  
Mortalis quondam vitæ modo lumine functus:  
Sed neq; post petri vocem documentaq; pauli  
Roma deum nescire potest: sciucere philippi  
Et pater & natus: quos funere sustulit atro  
Illa hominum suprema lucte gratiore ruinas  
Raptus ad interitum Decius. millesimus vrbis  
Annus erat. Tum roma suos solenniter ortus  
Egit: & accepit celebrauit festa tonanti,

**M**EFORTI Baptista Mantuani

Tunc fuit imperii christo sacrata potestas  
Et tandem sub iura dei translata:piamq;  
Tunc primum sortita fidem:tunc pulsa deorum  
Vana superstitioni romani a limine regis:  
Non satis est q; mille ioui seruuerit annos  
Et phlegethoneis sese subiecerit vmbbris  
Gens longo romana iugo.tuleritq; superbum  
Imperium stygiae gentis noctisq; profundae  
Nubila:Nunc iterum iuuat ad damnata reuerti  
Sacra deum:parere putant praestantius Orcho  
Q; superis.divina pudet mandata vereri:  
Delectant inferna magis:nunc tartara gaudent:  
Nunc furiae exultant:posita nunc Cerberus ira  
Motibus alludit caudae.nunc pectore toto  
Dulcia cæruleus carpit solatia Pluto.  
At superum corda ægra gemunt:humanaq; damna  
Pallida mutato deplorant numina vultu.  
Conqueritur mater natum sparsisse cruentem  
Innocuum frustra.passum tot vulnera frustra.  
Desine Maxenti superos offendere tanta  
Impietate.Scelus Rex o romane quod audes  
Suppliciis dignum æternis.Ixionis orbem:  
Tantaleamq; sitim:Titii tormenta:labores  
Sisyphios:ipsi quibus hæc noua sacra litantur  
Iam tibi decernunt stygii tua numina manes.

Finge tamen non esse scelus: dementia saltem  
Bistonio ridenda seni: cur cæde cruentas  
Curtantis delubra boum mugitibus implet?  
Tu ne deum tali credis placare tumultu?  
Tu ne iouem fortasse putas reuocare sepulchro  
Cantibus his? quæ te cepit recordia nate  
Cæfaris ut fieri credas boue numina cæso  
Mitia? te miserum falsis oracula ludunt  
Carminibus, non hac emitur romana potestas  
Relligione: pium christi clementia regem  
Hæc ad scæptra vocat: mundas qui sancta per aras  
Dona ferat: qui reliquias iouis atq; deorum  
Conferat: & pulsis noua suscitet orgia bobus.  
Quid templi molem hanc magnā miraris & arcus  
A tellure procul tanto se attollere flexu?  
Hæc hominū fecere manus: magis aspicemundū  
Hoc opus immortale dei, tua numina gaudent  
Bobus: at immensi verus dominator olympi  
Iusticia/ pietate/ fide/ quæ iuppiter odit.  
Dona deum magis ista iuuant: sine cæde litandū est

**L**AETIOR: & pulsavictrix formidine virgo. Hactenus frater  
des deo?: & superstitionē maxēti: & q; ad martyriū diuq;  
catharinæ præabula fuerint poeta executus est: nūc rem  
ipsam aggredit: ofidens primū cōgressum eius cū maxētio. multa  
sunt hic vt vbiq; dilecta & lepide dicta: pauca subobscure nisi ijs q;  
penitus poetices ignari sunt: quibus nihil satis expositū dari pot:  
verū q; dubitabilia censem suo loco exponā. Ordo igit ē. Virgo. I.

catharina letior & viatrix formidine pulsata: parat ire ocyus. i. valde  
cito ad templum: & hoc famulis vocatis: ne sola icedat. Crediderim  
famulis hic esse foemini gnis: qd viros in famulatu habuisse post  
fidem susceptam non verisimile est. vñ paulo post: celeresq; ministrae.  
Nec si valla credimus: debuit dicere famulab;. licet ita ecclesiastici  
quidam declinet. Ocyus aduerbiū cōparandi ppositiu ponit: quia  
apud latinos non habet. græce aut̄ οκυσ dicitur velox & citus: vñ  
deduci putat. Nec mora supple fit: oēs supple famulæ festinat. i. fe-  
stinat̄ accedut: & nutrix fedula. i. diligens & sollicita: existes iam  
lōgeua. i. longo æuo pfuncta: ligat crines. f. capillos virginis. f. ca-  
tharinæ: & lauat pietatem materna: ora pallida ppter studiu. Vñ per-  
suis. Nocturnis iuuat ipallescere chartis: & afflata fumo lucernæ no-  
cturnæ. i. qua noctu vtebat (vñ qui diligenter student: lucernis vt  
dicuntur: & opera diligenter facta lucernas olere: sicut orones demo-  
sthenis) & ministrae celeres. i. accelerates: adhibet. i. applicat vestes  
sepositas. i. seorsum positas: vt quibus domi non vtebatur: & ipsa  
induit rubore tyrii. i. purpurea vestē: lymbus. i. fascia seu orbis: &  
zona quedam vestitur argento albo. i. cādido & puro: et caput nitidū  
vestitur amictu. f. rheticulo aurato. Sic quarto eñe. de didone. Si-  
doniam pīcto chlamydē circūdata lymbo. Est aut̄ lymbus fascia q  
extremā ambit vestem: & ab horatio instita vocat. Donatus dicit  
ibidē. Lymbus regibus deputat: & diis qui eoꝝ caput cādido orbe  
circūdat. Ipsa subit. i. subintrat: iam. f. postq; exornata est: delubra  
i. tēpla deoꝝ: aræ lucent ardorib;. f. sacrificioꝝ: incensorib; que sup  
altaria cremabātur. tecta caua. i. cōcaua: sonant mugitu. i. clamore  
bōu: murmur plebis & astantū. f. nobiliū & satellitū: strepit. i. stre-  
pitum facit: vndiq; maxētius gestit. i. exultat: & more canis gestu  
corporis se lætu ostendit: in solio alto. i. sedē regia: ex solido lapide  
aut ligno: ne adoraretur extracta & in sublimi posita: et circūspicit  
turbam: ore elato. i. per superbiam extento. Progenies regia. f. cath.  
pgressa per mediū agmē: cōuerit mox oculos populi in se. ita enī  
fit dū mulier egregia forma & veste incedit: & miratur ipsam eunte  
& cedut sup. ipsi: via de via iuuētus pellea. i. iuuenes pellei. (Et aut̄  
locutio cōgrua sīm rem: nō sīm voce: sicut pars manib; validi tur-  
res & mœnia scādunt) admoti auribus sup. romanorū narrat tenui  
susurro: noīa eius. i. pnomē / nomē / cognomē: et patriā & domū  
i. familiā: illa. f. cath. mouens pectus & faciē: venusto. i. pulchro &  
decēti gestu: scandit. f. ad soliū regis: & premit gressu intrepido: se-  
dilia alta: in quibus rex sedebat. & vicina. i. cū iam ppe esset: affata  
est sic tyrannū truce. i. truculentū & imitē. O maxētia apex. i. subli-

## Ocyus

Lucernas  
olere

## Lymbus

mitas & maiestas regalis: et summ⁹ honor maiestatis paternę. i. imperialis (quia maximian⁹ pater eius imperator fuerat) admonuit me: p̄ferre i. p̄bere tibi salutē solitā. i. q̄ solet regibus ab ijs q̄ eos adeūt offerri: sed supple pietas. i. religio & pius cult⁹ dei: violata per te. s. qui idola colis repugnat. nā tu colis hæc s̄ mulachra. i. has statuas ad similitudinē deoꝝ simulatas: peritura. i. q̄ peribūt: & hoc relicto deo: q̄ solus dedit tibi tantas opes: & patri romana regna (quia ois potestas a deo est) & qui fecit te potente in maris & terre (sicut. i. enei. Nymborūq; facis tēpestatūq; potentē: & est iam nomē cū ḡtīn rea gat. nā participiū ab l̄tīn efflagitat: vt in eodē. Terra ātiqua potēs armis atq; v̄bere glebæ). Nec iuppiter ægiochus. i. caprinus & a capra nutritus: fuit tibi auctor. i. collator tanti muneris. i. tanti officijs & tātē dignitatis. i. iuppiter dico: pastus. i. educatus in antro creteo Cretes insulæ: sed & creta latine dicit̄. vñ cretensis deflectī: sicut a crete cretes creteus. Fabula quō iuppiter in antro educatus sit ne a saturno deuorare: notior est q̄ vt reciteſ: ex n̄is quondā mortal is & functus. i. defunctus aut pfunctus mō: lumine vitæ. i. nō amplius vi uens. Et ne forte maxētius excusat ignoratiā addit: sed neq; roma pōt nescire deū. s. verū post vocē. i. p̄dicationē petri. s. apostoli: & documēta pauli doctoris gentiū. Philippi & pater q. xxvij. impa tor fuit romanog; & prim⁹ illius nois: et natus. i. fili⁹ eius: sciueret. i. cognouerūt deū: quos illa sup̄ma. i. pessima lues. i. perniciēs: hoīm scilicet decius raptus ad interitū. i. mortē & temporale et æternam: ruina. i. casu grauiore: quia a barbaris crudelissime discept⁹ est: ita vt cadauer eius nusq; reperiſt̄: & quia cū vita tpali æternā amisit: grauiori casu interit̄: q̄a mors peccatorū pessima: quos ergo deci⁹ sustulit. i. de medio viuentiū p̄ insidias abstulit: atro. i. crudeli: fure. i. morte. Vt rem paucis explicem Philippus sui nois primus christianus imperator natione arabs: ex Serenavxote philippum filium natū confortē imperi⁹ fecit: quod Gordiano imperfecto obti nuerat. Is aut̄ a Fabiano summo pōtifice edoctus: primus omniū ex romanis principibus vna cū vxore filioq; philippo baptisatus christi nomē confessus est: ad quem etiā Origenes scripsisse memo ratur. Ipsis aut̄ baptisatis: millesimus annus ab vrbe condita. i. a quo roma fuerat condita effuebat: propter quod innumerabiles in circo exhibuit ludos: maxime seculares qui tentesimo quoq; anno fieri solebant. quod tangit poeta noster dicens. Annus vrbis. i. ex quo vrbis: scilicet roma fuerat condita erat millesimus. Roma egit id est celebrauit agendo ludos: solenniter tum. i. tunc suos ortus. i. primordia sua cōditionis: & celebrauit festa tonatī: scilicet vero. i.

christo: accepto. s. de nouo: quia potestas imperij fuit tunc sacrata christo & translatâ tandem. i. aliquā post. s. tempore constantini: vel post longā morā cum prius deberet transferri: sub iura. i. iurisdictione dei: & sortita fuit primū tum. i. tunc fidē piā. vana superstitione deorum fuit pulsa tūca a limine romani regis. Sed sup. nō est satis. vel legat per amarā interrogationē sic. Non. s. an nō satis est q̄ ḡs romana: seruuerit mille annos ioui: & q̄ subiecerit seculo longo iugo. i. per longā subiugationē vmbbris phegethontis. i. infernali bus: & ad phegethonta pertinētibus. (Est autē phlegethon unus e fluuijs infernali bus ab ardore sic dictus. nam Φλέγω ardeo dicit. de quo vergilius in sexto. Quē rapidus flāmis ambit torrétibus amnis Tartareus phlegethon: torquebat sonātia saxa) & nō est satis q̄ ipsa nubila. i. in nube & tenebris errās: tulerit. i. passa sit superbū imperii gentis stygiæ et profundæ noctis. s. infernalis: nō inquit est satis: quia iuuat te iterū reuerti ad sacra. i. sacrificia damnata. i. reprobata deum. i. deorum: et ipsi putant præstatiū. i. melius esse: patere: id est obedire et obtemperare: orcho. i. infernali deo: q̄ superis. i. coelestib⁹ numinibus: et pudet supple eos vereri. i. cum timore obseruare precepta diuina. Inferna. i. ad infernum pertinētia: delectant magis. Tartara. i. ij qui in tartaro: id est profundo inferni sunt: gaudēt nunc id est gaudentiū more se habēt: furiae exultat nunc. Cerberus id est canis ille infernalis triceps. Per eum enī gentilitas intellexit potestatem plutois: quā triplicē esse putauerunt. nā trium numinū homina & potestate communē esse crediderunt. vnde plutoē infernum iouem dixerunt: dederuntq̄ ioui pro trælo: fulmen trisulcum neptuno tridentē. i. fuscinā trium dentiū: & plutoni cerberū: id est canem tricipitē. cerberus ergo alludit nunc motibus caudæ: et hoc ira posita. i. deposita. Pluto ceruleus. i. cerulei coloris aut potestatem maris etiā habens: aut in eo versari solitus. nā diuitiae in aquis et terris sunt: earū autem dñs est pluto. vnde latine dis appellatur & græce pluto: carpit toto pectore: dulcia solatia: at. i. sed corda superum. i. coelestiū: ægra. i. moerore sauciata gemūt. i. ingemiscit et numina scilicet coelestia: pallida. s. præ anxietate et tristitia: deplorant vultu mutato: damna humana. i. æternā damnationē multorum hominū idola colentium. Mater. s. virgo maria cōquerit gnatū scilicet filium suū Iesum christū dominum nostrū sparsisse frustra: quo ad damnatos: cuorē innocuū: et passum frustra tot vulnera. Hæc omnia allegorice dicuntur sicut dictū est. Gaudiū erit angelis super vna peccatore poenitētiā agente: et angeli pacis amare flebunt. O maxenti desine offendere: id est offensos efficere tibi: su-

Trium numinū iouis  
neptuni et  
plutonis potestates.

Parthenices Catharinaræ Lib. II Fo. XXXIII

peros. i. coelestes. tata impietate. O rex romanie scelus quod audes dignum sup. est æternis supplicijs. i. cruciatib. Ipsí emphasis ha-  
bet. q. d. quos autores habes. ipsí manes stigij. i. infernales: apposi-  
torie: tua numina. i. qui dij tui sunt: & quibus hæc noua sacra litan-  
tur. i. offeruntur: decerntunt. i. addicunt iam tibi: orbem. i. reuolutio-  
nem & rotam ixionis. i. qualem dicitur pati Ixion: & sitim tataleā:  
id est qualē dicitur pati tantalus: & tormenta titij. i. qualia pati dici-  
tur titius & labores sisiphios. i. quales sisiphus pati dicitur. Vnde  
Ixion ex phlegia martis filio natus: & iouis secretarius effectus iu-  
nonem de stupro interpellauit: cui Iuppiter nubem in formam iu-  
nonis fictam obiecit: e qua ille centauros genuit: sed cum se iunonē  
violasse factaret: ab irato ioue ad inferos detrusus est: & illuc ligat-  
tus ad rotam circūfusam serpentibus. Tantalus autē rex corinthio-  
rum numinibus amicus fuit: qui cum frequenter deos suscipieret: &  
quodam tempore defuissent epule: filium sum pelopem occidit &  
dīs epulandum apposuit: quod vbi rescuerunt dīs: tantulum ad in-  
feros detruserunt hac lage dānandum: vt in eridano inferorū stans  
nec vndis præsentibus nec vicinis eius pomarijs fruatur. vñ Hora.  
prima satyra. Tantalus a labris sitiēs fugientia captat flumina &c.  
Titius vero aut filius terre aut ab ea nutritus: latonam apollinis  
matrem amauit propter quod apollinis telis confixus apud infe-  
ros hac lege dānatus est vt eius iecur semper renascens vultur exe-  
dat. de quo. vj. ænei. Necnon & tytion terræ omnipotentis alū  
num Cernere etat: per tota nouem cui iugera corpus porrigitur: ro-  
stroq; immanis vultur adūco: Immortale iecur tundens: fœcūdaq;  
pœnis Viscera rimaturq; epulis: habitatq; sub alto Pectore: nec fi-  
bris requies datur vlla renatis Porro sisyphus Aelei filius in istmo  
latrocinias autoliam cum ad laertem duceretur stupravit: & ex ea se-  
cundum quosdam vlyxem genuit: vnde aīax apud ouidium di-  
citur cretum Sanguine sisyphio. Is autem apud inferos saxum  
ad verticem montis voluit: quo semper lapsō finem nunq; mere-  
tur laboris: quoniam furtum iouis cōfessus est patri quando ægi-  
nam asopi filiam stupravit suppiter. Hæc quidem fabulosa sunt ad  
terrem tame n peccatorum non absurde efficta. Nam per ixiona  
ambitiosos: p tantali auatos. per tytion luxuriosos hoc est libidi-  
nosos: persisyphum delatores intelligunt poetæ: qui haud du-  
bie penas luunt sed ad ordinem redeo. Tamen finge: id est con-  
cedatur per fictionem licet verum non sit. non esse scelus. s. quod fa-  
cis videlicet idolis sacrificare: est sup. saltem dementia ridenda. i. di-  
gna q; irritideatur: seni. i. a sene. Bistonio. i. thacensi seu thraicio hoc

Ixion

Tantalus.

Tytius

Sisyphus

F. II. Baptista Mantuani

est democritophilosopho: qui quia vbique stultitiam hominū vidit  
risu perpetuo pulmonē agitauit: Bistonis aut̄ regio & lacus est thra-  
cie vnde democritum dicūt ortū. Cur tu crientas. i. cruore spargis:  
coede. i. mactatione boum: delubra. i. templū: cur implex ea tantis  
mugitibus boum? Credis ne tu placare deum tali tumultu? Putas  
ne tu fortasse reuocare iouem e sepulchro his cantibus? o nate. i. fili  
caesaris: quod recordia. i. vesania & peruersio cordis: cepit. i. inuasit te:  
vt credas numina fieri mitia: boue cesso: oracula. i. responsa aut iu-  
dicia deorum tuorum: ludunt. i. decipiūt te: falsis carminibus. i. re-  
sponsis quod carmine constabant: vnde Horatius in arte. dictae per car-  
mina sortes. Potestas romana. i. imperialis: non emitur. i. acquirit  
hac. i. huiusmodi religione. clemētia christi vocat pium regem: ad  
hęc sc̄eptra. i. ad huiusmodi regna: qui ferat. i. offerat sancta dona:  
per aras mūdas. i. impollutas: qui cōterat reliquias iouis atque deoꝝ  
sup. cęterorum: & qui fuscit noua orgia. i. sacrificia: bobus pulsis  
scilicet de templo. Quid miraris hanc magnam molem tēpli: & ar-  
cus templi attollere se tanto flexu pecul a tellure. i. terra: manus ho-  
minū fecerūt hęc. i. huiusmodi opera: aspice magis. i. potius: mun-  
dum: hoc opus est opus immortale. i. quod nunque peribit: dei. i. a deo  
factum. Numina tua gaudēt bobus. i. sacrificio boum: at. i. sed: ve-  
rus dominator immensi olympi. i. verus deus: gaudet sup. iustitia  
pietate fide: quod. i. quas virtutes iuppiter sup. tuus odit: vel sic: Ista:  
id est istiusmodi dona quod iuppiter odit: iuant. i. delectat magis deū  
sup. verum. Litandū ēst. i. sacrificandū est: aut deus' placandus est  
sine cāde. i. occisione hostiarum. Litare est proprie sacrificādo pla-  
care: & quod volumus impetrare.  
**Litare.** Sic ait. ille magis vultum quod verba loquentis

Admiratus: agi subet ad regalia recta  
Seruari que locis intra penetralia clausis:  
Mente scelus duplex agitans: temerare pudorem  
Et violare fidem. pacis iam foedare fracto  
Bellī seruor adest: dant pugne classica signum.  
Persephone regem stimulis irritat: & acres  
Cum venere accendit circum præcordia flamas.  
Vtitur impatiens cæci Maxentius ignis

Parthenices Catharinariae Lib. II Fo. XXXIII

Mens fugit a sacris; & amata ab imagineraptus  
Figit humi frontem & curis immergitur altis.  
Absentemq; animo videt alloquiturq; puellam,  
Et surit; ut quotiens latali saucia telo  
Cerua per idæos quærat medicamina saltus.  
Dictamq; comam viridem; quæ vulnere ferrum  
Manfa fuger; diramq; auertat corpore pestem.  
Cincta satellitibus tali nîl territa casu  
Dicitur; & dominæ sequitur vestigia nutrix.  
Perq; vias vrbis perq; omnia compita clamans.  
Reddite; quo mitem dominam crudelibus armis  
Protrahitis; nutrix ego sum. cunabula prima  
Ipsa gubernaui, nostris adoleuit in vlnis.  
Vbera prima dei. dulcem mihi reddite natam;  
Quam mihi vix bimam mater iam proxima morti  
Tradidit; & lachrimas erit hæc tibi filia dixit.  
Reddite nutrici dominam; vel pignora matri.  
Verte tuos in me vultus o nata: tuamq;  
Altricem conuersa vide, nihil esse solebat  
Me sine dulce tibi: nostros oblita labores  
Non audis lamenta: parum nec lumina flectis:  
Lumina quæ tantum Costus; quæ mater amabat:  
Lumina sancta domus solatia magna relictæ.  
Tu ne putas sine te caput hoc & anilia membra  
Posse diu supereffe: simul moriamur ut yna

F. II. Baptista Mantuanus

Viximus. & tumulo pariter condamur eodem  
Flebat ut inuadī cernens a Vulture nidos  
Lactentis imbellis olor. prædat ora duncis  
Vnguis & duro discerpit viscera rostro.  
Flet pater: & viridi queritur projectus invlua.  
Iamq; propinquabant rectis: cum regia Virgo  
Lumine clementer verso: charissima nutrix  
Dixit abi. solare domum: sociasq; saluta.  
Non ego sum limen post hac visura paternum:  
Euocor ad superos. vos & terrena valete  
Hospitia. obsequiis inopum dodrante relicto  
Partibus æquatis mihi vos succedere mando.  
Sic abiens fatur, luctu domus omnis acerbo  
Soluitur: & moesto pallet vicinia corde.  
Luget inexhausto lachrymarum flumine nutrix  
Anxia: & immotis manet ipso in limine plantis:  
Crudelemq; vocat regem & crudelia tecta.  
Diripiunt aulæa nurus: tristesq; ministri  
Ferrea conuoluunt bisores ad limina valvas  
Desertæ signa atra domus. suspiria totis  
Aedibus alta sonant: æger tenet omnia mœror.  
¶ Sic ait. Completa oratione diuæ virginis ad maxentium: describitur furor eius: qui eam custodiri iussit: simulq; planctus nutricis: & testamētum diuæ catharinæ. Nihil autem difficultatis sed plurimū vennstatis ac leporis ī cōtextu habet. Ordo igit ē. Catharina sup. ait sic: vt habitū est. Ille. s. maxentius admirat⁹ magis vultū. i. spe ciē & decorē loquētis q̄ verba (qd stulticia indicium est) iubet eam

agi. i. impelli & viq[ue]lenter duci ad tecta regalia. i. magnifice extructa: vt in quibus rex hospitabatur. & iubet seruari. i. custodiri in locis clausis intra penetralia. i. penitiora & interiora domus q[uo]d penetrare. i. penitus intrare oporteat: iubet dico: agit[ur]as. i. meditans mette duplex scelus. s. temerare. i. violare pudore. s. virgineum: & violare fidem. s. christianam in virgine. Fero[rum] belli adeſt iam in animo maxentij & hoc foedere. i. pacis confoederatio[n]e: fracto: classica. s. signa bellica vt clangor tubarum & cornuum crepitus dant signū pugne. i. maxentius iam rapitur fluctibus irarum: perinde ac si pugnam inire debeat. Persephone: regina furiarum: irrigat regem sti mulis & accedit cum venere. i. cum libidine venerea: acres flamas circum p[re]cordia. i. vicina cordi & iecori ipsius regis sunt autē p[re]cordia: tenues pelliculae cor cingentes in quibus est passionum & affectionum sedes. Maxentius impatiens coeci ignis. i. amoris. i. ne: quiens ferre vim tanti amoris: virutur. i. incenditur: & mens eius fugit. i. aliena fit et auertitur a sacris: & ipse raptus ab imagine. s. virginis sanctae amata. i. quā tantopere amauit: figit frontem humi: & immergitur altis curis: et videt animo et alloquitur puellā abscentem: quae omnia sunt vehementis amoris indicia: graphice a poeta descripta: sicut quarto ænei. Illum absens absentem auditq[ue] videtq[ue]. & sup. maxentius furit: vt: id est quēadmodum cerua sup. furit quotiens ipsa salucia. i. vulnerata: telo. i. quoquis iaculo aut cuspide: letali. i. mortifero: querit medicamina per saltus ideo[n]. i. cretenses q[ui] p[ro]pet: vel pro idest: querit coimam viridem. i. summitatē dictami: illius herbae qua cerui telum educunt: quae scilicet coma dictami: mansa: idest comeſta: a mādor manderis. fugit. i. expellat vulnere ferrū. s. ipsius teli: & auertat corpore pestem diram. i. mortem aut inflaturā Sumptus est locus ex quarto & xiij. ænei. In quarto enim dicitur. Vritur infelix dido: totaq[ue] vagatur vrbe furēs: qualis coniecta cerua sagitta: Quā procul incautam nemora inter cressia fixit. Pastor agens telis: liquitq[ue] volatile ferrum Nescius. illa fuga siluas saltusq[ue] peragrat dicteos &c. In. xiij. autem sic. Tum venī indigno nati coeussa dolore dictatum genitrix cretea carpit ab ida. Puberib[us] cauem folijs & flore comantem Purpureo: non illa feris incognita capreis Gramina: cum tergo voluctes h[ab]esere sagitte &c. Licet ergo idei saltus in phrigia quoq[ue] sint tamen de cretensis hic loquitur. Dictatum autem siue diptatum secundum diſcoridem pulegium filuestre apud medicos dicitur. Sumpsit eum locum virg. ex homero ingeniorum fonte. Cincta satellitibus. Ordo est. Catharina sup. cincta. i. stipata & circundata satellitibus. i. ministris regis

Precordia

Dictamū.

FIGX. **Baptistæ Mantuanæ**

videlicet apparitoribus ducitur nil. i. in nullo territa talli casu: & hu-  
 trix sequitur vestigia dñi: clamans & per vias vrbis. s. alexandriæ  
 & per oia cōpita. i. loca q̄ plures petūt: reddite sup. dñam meā: quo  
 protrahitis cruddibus armis mīte dominā. Antitheton est mitem  
 & crudelibus. ego sum nutrix sup. eius. Ipsa. i. ego gubernauit: pri-  
 ma cunabula sup. eius. & sup. ipsa adoleuit. i. excreuit in nostris vli-  
 nis: ego prima dedi ipi vbera: reddite igitur mihi dulcē natā. i. filiā  
 quā lup. natā: mater iā pxima morti tradidit mihi vix bīrnā: id est  
 biēnem: hoc est duos annos habentem: tradidit dico & ipsa lachry-  
 mans dixit: hęc erit tibi filia: reddite igitur nutrici dominā: vel red-  
 dite mihi matri. i. quę matris loco illi haec tenus fui: pignora. i. filiā  
 (nam sicut de vnicā filia liberos Terētius dixit: ita pignora dicere  
 possumus. Notus est versiculus. Pignora natorū dicuntur: pigne-  
 ra rerum) o nata. i. filiā verte tuos vultus in me: & conuersa sup. ad  
 me vide tuā altricē. i. nutritiē: nihil solebat esse dulce tibi sine me: tu  
 oblita nostros labores: quos. s. pertulim⁹ in te educanda: nō audis  
 lamenta sup. nostra: nec flectis sup. etiā parū. i. modicū: lumina: id  
 est oculos tuos. Lumina inquā q̄ costus. s. rex & pater tuus amabat  
 tantū. i. tantopere: & q̄ mater amabat tātū. Lumina inquā sancta:  
 existentia magna solatia domus relicte. Putas ne: hoc. i. meum ca-  
 put: & sup. hęc anilia. i. quę ad anū hoc est vetulā pertinēt mēbra  
 posse supereſſe diu sine te: q. d. id fieri non posse: vnde subdit: mo-  
 riāmūr simul: vt. i. quęadmodū vixim⁹ vna. i. pariter: et cōdamur  
 id est sepeliamur in vno tumulo. ii. sepulchro. Flebat sup. nutrix:  
 ita vt olor. i. cygnus imbellis. i. resistere nequies: cernens nidos la-  
 ctentes. i. pullos adhuc implumes & lactentiuſ similes: inuadi a vul-  
 ture: ipſe pater. s. cygnus flet: et q̄ritur. i. conqueritur lamentaſ pro-  
 fectus in v̄tridi vlua. i. herba ad littora & ripas crescente: dum sup.  
 predator. s. vultur. discerpit viscera sup. pullorum adūcis. i. incur-  
 uis vnguib⁹ et duro rostro. Et ipsi propinquabant: iam tectis. s.  
 regalibus aut regijs: cū. i. quādo virgo regia. s. catha. dixit lumine  
 verso. i. postq̄ oculos conuerterat clementer: o charissima nutrix:  
 abi solare. i. consolare domū. i. familiā nostrā: et saluta. socias. s. vir-  
 gines: quas socias et famulas habuit: solare est hic impatiui modis:  
 sicutabi et saluta. Ego non sū visura posthac. i. post hoc tēpus: li-  
 men paternū. i. domus paternę: ego euocor ad superos vos et ter-  
 rena holspitia valete. ego mando. i. testans et legans in vltima vo-  
 luntate mea: volo vos. s. domesticas meas succedere mihi æquatis  
 partibus. i. æquis portionibus: et hoc dodrante. i. toto asse dēpto  
 quadrante: relicto obsequijs in opum. i. pauperum et egentiū. Reli-

quit ergo quartam partem domesticis. Nam assis appellatione tota hæreditas significabatur. Assim autem in duodecim vncias dividabant: quarum nouæ significat dodrans: vta quo demptus est quadrans. i. quarta pars assis quæ sunt tresyncie. Nam triens plus continet q̄ quadrans: est enim tertia pars assis: et ita quattuor vncias continet: cum quadrans tres tantum continet. sed pergo. Virgo abiens. i. discedens a nutrice satur fatur sic. Omnis domus. i. tota familia eius: soluitur. i. dissipatur acerbo luctu: & vicinia. i. ceteris vicinorum pallet moesto corde. Nutrix anxia luget flumine lachrymarum inexhausto. i. inexcicabili: et manet in ipso limine platis immotis & vocat regem crudellem: et tecta sup. eius crudelia: sic in buco. Atque deos atq; astra vocat crudelia mater. nurus. i. quæ forte sperauerat esse nurus vel q̄ colebant catharinam ut nurus socrum solent: diripiunt aulea. i. vestes in parietibus tensas: et ministri tristes conuolunt valvas bisores. i. duplices fores habentes: linima ferrea: signa atra. i. lugubria: domus deserte super. fuit Alta suspiria sonant totis ædibus: id est tota domo. mæror eger: d est ægritudinem afferens tenet: id est occupat omnia: id est omnis illuc existentes.

As.  
Dodrans.  
Quadrans  
Triens

Interea sancto metuens Catharina pudori

Atque sciens quali regum impetuosa libido

Ferueat affectu: tali prece numina pulsat.

Sancte pater sancti genitor castissime nati

Cernis ut abrupto lupus insidiator ouilli

Hanc extorsit ouem coe coq; inclus erit antro.

Iamque aderit: iamque inuaderet ioue plenus: & omne

Attentare nefas adiget venus atq; cupido.

Nil superest opis humanae: via clausa saluti

Vnde terrena tua sola potentia nullis

Clauditur oblicibus. nostro succurre dolor,

Atq; pudicitiae vento rege vela secundo.

Audiit orantem cœli regina puellam;

FXXX Baptista Mantuanus

Et se qualis erat primi post tempora partus

Obtulit infantem niuels complexa lacertis

Tecta sinum bisso: gradiens in vestibus albis

Et croceum capiti serum de vellere regmen

Quod viridi premitur strophio: cum virgine fatur

Plena venustatis procera iuencula virgo.

Stant vtrinq; leues anima: quas Iride vestit

Multicolor nubes: pingitq; simillima nostris

Oribus ora: pares decor imbuit aureus alas.

Et sic orsa loqui. tua me suspiria virgo

Deduxere polo: ne sollicitere. pudoris

Sum tutela tui. Sed quo secura. quiescas

Tolle manum. sibi perpetuo te copulat infans

Connubio christus. natus es mea. pone timorem.

Sic ait: & fuluo digitum puer induit auro

Quod moriens seruabat adhuc: quod clausa sepulchro

Immortale tenet diuini pignus amoris.

Hic neq; Gnofiacæ sequimur figura corona:

Vlla nec in nostro tegimus mendacia versu

Vera sed amplectensq; reimiracula gestæ

Historiamq; canens fidei monumenta reuolu.

¶ Interea sancto. me. ca. pu. Fusis ad deum pro conseruanda pu-

dicicia p̄cibus adeſt virgo virginum maria: catharinę virgininī: eāq;

filio despondet cū anuli subarratione. Ordo est. Catharina metuēs

interea sancto pudori. i. pro pudore suo timore affecta (Notum est

Timeo te. quid differant timeo te vel abs te: & tibi. Nam te & abs te timeo: tāq;

Tieo tibi. inimicum & abs quo mihi malum immineat: tibi autem timeo: du-

## Parthenices Catharinatiae Liber II Fo. XXXVII

ad tuā salutē timore afficior. Timemus ergo amico & timemus ini-  
micū. Atq; sciens quali affectu. i. affectione ferueat libido regum:  
pulsat. i. cōuenit et orat numina. i. deū tali prece. O sancte pater. s.  
cœlestis. o genitor castissime sancti nati. i. filij tui consubstancialis et  
coæterni: tu cernis: vt. i. qualiter lupus. s. maxētius lupi similis: in-  
sidiā ouilī abrupto. i. ecclesiae tuae per eū violēter inuasæ: extorsit  
hanc ouē. s. me: & vt incluserit coeco. i. tenebroso antro. ipse scilicet  
lupus maxētius aderit iam: & iā inuadet sup. me: plen⁹ ioue. i. sup=  
stitutione ritus gētilis. et venus atq; cupidō filius. s. veneris: adiget  
id est ipellet eum attētare omne nephas. s. violationē pudoris mei:  
nil opis humanæ. i. potētia & auxiliū hūani: superest. i. reliquū est  
nihil pōt humana facultas cōtra impetū eius: via est clausa vndiq;  
salutē terrena. i. ei quæ a terrenis obuenire posset. Sola tua potētia:  
nullis. i. nō vllis: non clauditur. i. impeditur & restringit: vllis obi-  
cibus. i. obstaculis: succurre igif nostro dolori: atq; rege secūdo. i.  
prospero vento: vela pudicicie: vt scilicet ad portū salutis: hoc est  
ad te cui eā dicavi: appellaf virginitas mea. Reginā coeli. s. virgo  
maria: audīst. i. exaudiuit puellam. s. catharinā orante: & obtulit. i.  
p̄sentauit se talē supple qualis erat post tēpora primi partus. i. vt  
primū pepererat (non q; secundo pepererit: sed q; paulo ante. sicut  
dico) iam primū venisse: licet postea vēturus nō sim: & sicut primo  
genitū peperisse dicit̄) cōplexa. i. cōlectens & continēs infantē. s.  
christū: lacertis. i. brachijs niueis: existens tecta sinū. i. habēs sinū  
tectū: bisso. i. bissino cooperimēto. i. tenuissimo lino: & gradies in  
vestibus albīs: et tegmen. i. cooperimentū eroctū. i. crocei coloris:  
de vellere fert. i. illoq; papulorū qui sub regionibus īdiæ: tenuis=  
fima vellera e folijs arborē carpunt: & subtilissimas vestes quas se=  
ricas vocant īdenent: ob quas similitudinē bombycinas vulgus  
sericas appellat: quod supple tegmē premitur strophio. i. fascia vi=  
ridi: erat supple capiti eius. et ipsa existēs virgo iuuēcula procera &  
plena venustatis. i. decoris: fatur cū virgine. s. catharina. Animæ  
id est spiritus angelici aut aīe beatas: virginū: leues. i. in corporib⁹  
aereis: stāt vtrinq;. i. ab vtracq; parte: quas nubes multicolor vestit  
iride. i. cooperimēto simili iridi. i. arcui cœlesti: et pīgit ora supple  
earū simillima nostris oribus. i. effingit ad effigiem humanā: decor  
aureus imbuīt. i. intingit et colorat alas pares. i. æquales: & quas  
pares habebāt. Et virgo maria est orsa loq sic. O virgo catharina:  
tua suspīria deduxere. i. deorsum duxere me: scilicet de polo id est  
celo: ne sollicitere. i. ne sis sollicita: ego sum tutela. i. protectrix tui  
pudoris: sed quo. i. vt: qescas secura. i. sine cura: tolle. i. leua manū:

christus infans. i. filius meus copulat sibi te perpetuo connubio. i.  
indissolibili matrimonio: tu es mea nurus. i. spōsa & vxor filij met  
pone. i. depone timorē. Sic ait. s. maria: & puer. s. iesus induit digi-  
tum fulvo auro. i. annulo aureo: qui fulvi erat coloris: quod. s. aurū  
id est quē annulū aureum ipsa mortiens. i. cum decollaret: seruabat  
adhuc: & qđ ipsa clausa sepulchro tenet īmortale pignus. i. pro  
pignote īmortalī diuinī amoris. Nos neq; sequimur hic. i. in hac an-  
nuli narratione: figmēta coronā gnoſiacē. i. cretensis ( hoc est nō  
ſingim⁹ iſta ad imitationē eorum q ſingūtur de corona a vulcano  
effecta: & per bacchū ariadne gnoſiacē. i. cretensi puellæ tradita &  
inter aſtra tandem collocata. Dicit autem coronā gnoſiacā a ciuitate  
cretæ: eo q̄ filiæ minois cretensium regis erat donata) nec tegim⁹  
villa mēdacia in nostro verſu: ſed ego q̄ pro &. i. ſimul amplectens  
vera miracula rei geſte: & canēs hiſtoriā: reuoluo. i. repeto & recē-  
ſeo: monumēta fidei. i. q̄ a fidelibus nobis derelicta ſunt.

Et iam turba deum ſacris dimiſſa peractis

Cum celer aufonia pelago delatus ab yrbe

Nuncius enarrat regi diademate patrem

Depoſito regnī ſceptrum ceſſiſſe galero:

Lucanoſq; lares tacitiq; ſilentia ruris

Et nemorum ſuaves ymbras: ybi mobilis aura

Temperat ardentem placidis afflatibus æſtum:

Præpoſuiffe graui imperio: & ſplendoribus yrbiſ.

Aruaq; & alcinoi tutam legiſſe quietem.

Atq; per irriguos fontes & flotida prata

Murice neglecto tritem oblectare ſenectam.

Lætitiam ſubitus dolor occupat. ora tyranni

Plumbeus inuoluit color. & patuere latentis

Ingentes animi fluctus ſauiq; dolores.

His curis extracta yenus; furor auctus; & ira

Parthenices Catharinariae Liber II Fo. XXXVIII

'Acri bile tumet: nutritq; in pectore virus  
Persimilis pullo qui dum inconsueta recusat  
Frena pati: odit morsu indignante lupatum.  
Post epulas largo paulum exhilaratus hiaccho  
Captiuam iubet adduci spectacula mensis  
Rex petulans lasciva volens præbere secundis.  
Illa solo fixis oculis vestigia lento  
Tarda mouens gressu prono regi annuit ore.  
Cuius ut effigiem claram videre decusq;  
Indolis egregiæ tenuere silentia cuncti.  
Et triuiam vidisse putant aut ora mineraæ.  
Ad quam rex solio paucis ita satur ab alto.  
Mane deum nostras tenuerunt orgia mentes:  
Nec potuere tuis adhiberi vocibus aures.  
Dic age nunc quando positis conuiua curis  
Læta voluptates animorum & gaudia poscunt.  
Ede genus patriamq; tuam nomineq; paternum.

**C**Et iam turba. d. s. d. p. Post peracta sacrificia maxētius intellexit patrē suum regno cessisse: vt. ocio oblectaret: quo accepto vt tristitia animi leuaret: catharinā adduci iubet: a qua q̄ sit & quo patre genita perquirit. Ordo est. Et iam turba erat supple dimissa: & hoc sacrī deū. i. deo: & peractis. i. cōpletis: cū. i. qñ nuncius celer. i. festināter adueniēs: delatus pelago. i. p mare: ab vrbe aufonia. i. italicā enarrat regi. s. maxētio: patrē. s. maximianū: cessisse. i. concessisse & resignasse. Galero: illi prīcipi: sceptrum. i. insigne regiæ maiestatis in manu: & hoc diademate. i. ornamēto capitis regi deposito. Dia dema proprie est fascia quedā caput ambiēs: sup quā corona imponebatur Galerū hunc chronicarius galerium vocatione: & enarrat regi: patrē præposuisse graui imperio & splendoribus virbis: lares luca-

Diadema

H ij

nos. i. hortos & domicilia lucani (nisi dicamus eū in lucaniā secessisse) & silentia ruris taciti. i. taciturni et imunis a strepitū urbano: & suaves umbras nemorum. i. solitudinū vbi nemo est: et vbi aura mobilis tēperat æstum. i. calorē solis ardēte afflatibus placidis: & enarrat patrē: legisse. i. elegisse aut p̄elegisse arua & quietē alcinoi. i. qualē habuit alcinous phæacū rex in hortis suis: tutam scilicet ab infidijs & laboribus. Atq; oblectare senectā tristem. (Sic in geor. Optima quæq; dies miseric mortalibus æui Prima fugit: subeunt morbi: tristisq; senectus.) Per fontes irriguos. i. prata irrigantes: et per prata florida: & hoc murice. i. indumento purpureo & vestitu imperiali neglecto. Dolor subitus. i. improbus: occupat leticiam (Iuxta illud. Extremū gaudiū luctus occupat. fere aut id v suenit ut dum profuse gaudemus mōror ingens suboriatur.) color plūbeus. i. liuidus & mōroris index: inuoluit. i. implicat: ora. i. faciem tyranni: et ingentes fluctus & saeuī dolores animi latētis. i. occulti: patuere. i. manifeste apparuerit in facie. Venus id est appetitus venitus et libido ipsa: est supple extracta. i. ædificata & corroborata his. i. huiusmodi curis: quia res est solliciti plena timoris amor: furor auctus est his curis: et ira tumet. i. inflatur acri bili: id est amara & vehementi colera: et nutritivū virus. i. venenum in pectore: existens persimilis. i. valde similis: pullo scilicet equino: qui dum recusat. i. renuit pati frena inconsueta: rodit lupatū. i. acre frenū quod prius ex dentibus lupinis siebat: morsu indignatē. i. indignationē mōdentis significante: rex petulās exhilaratus paulū: id est modicum post epulas: hiaccho. i. vīno: largo id est largiter sumpto: iubet capitiam: scilicet catharinā adduci: volens præbere secūdis mensis: id est pomoru (in quibus etiam ambrosijs choraulis & tibicinibus ceterisq; musicis oblectabātur) spectacula lasciuia. i. quæ lasciuilu benter vident: videlicet lepidā puellam. Illa scilicet captiua catharina: motuēs lento gressu: id est incessu vestigia tarda: & hoc oculis fixis solo. i. in terram declinatis: annuit id est nutu capitis reuerentiam fecit regi: ore prono: id est in terrā verso. Cuius scilicet catharinæ: vt id est postq; ipsi videre. i. viderunt effigiē claram: & decus egregiæ: id est nō vulgaris indolis: cuncti tenuere silentia. & putat vidisse triūm. i. dianā: quæ tres vias habet: in celo vbi luna dicitur: in terris & potissimum in filiis vbi diana: & apud inferos vbi proserpina nūcupatur. aut putant vidisse ora mineruæ: vtraq; aut dicitur amasse virginitatē: ad quam rex fatur paucis ab alto folio: ita id est in hunc modum. Orgia id est sacrificia deum. i. deorū: tenuerunt id est occupauerunt mane nostras mentes: nec aures sup.

Parthenices Catharinariæ Liber II Fo. XXXIX

nostræ: potuere adhiberi: tuis vocibus. i. sermonibus & oñoni: age  
cohortandi aduerbiū: dic nunc quādo cōuiua leta. i. ipsi conuiuae  
leti: poscunt. i. exigūt voluptates animorū & gaudia: et hoc euris  
positis. i. depositis & electis. ede. i. eloquere: exprime (ab e & do.  
vnde nō habet diphthongon) genus. i. progeniem tuam aut prin-  
cipium originis tuæ: & patriam tuam in qua nata es: & nomen pa-  
ternum: id est patris tui.

Illa manum crucis instar agens sic incipit ore:

Non ego factandi studio primordia gentis

Clara meæ referam titulosq; & nomina: quando

Rex romane iubes: genus est illustre meorum:

Maiores etenim sceptrum gessere: meaq;

Sunt reges in stirpe decem: lagus omnibus auctor

Primus alexandri miles qui condidit urbem

Et quæ regna vides: & alexandræ vocauit

Mœnia: post celebres pugnas asiæq; labores

Huc venit cum rege lagus: ptolomeus ab illo

Nascitur a vili proles generosa parente:

Sicut ab exigua descendit origine flumen

Maius: hic ægypti lybies arabumq; potitus

Imperio quondam mansitq; in stirpe nepotum

Ducentos quadraginta super nisi fallimur annos.

Ast vbi romanam superis extollere gentem

Et libycas visum bellis ardentibus urbes

Vertere: mutati reges: tum regia proles

Interiit. tunc arua meus vicina tenebat

Aethiopum campis atavus praefectus erembis

H iii

F Baptista Mantuanus

Dux animis armisq; potens: regi<sup>q;</sup> propinquus.  
Sanguine supremi vigilans custodia regni.  
Qui postq; sero audiuit sublata suorum  
Sceptra dolens longe æthiopum secessit ad urbes:  
Et per se pater reginæ candacis: illo  
Contrivit ductore vagos garamanthas & acres  
Massilium populos: arabumq; per æquora classei  
Duxit: & indorum spolijs remeauit onustus.  
Quartus ab hoc costus genitor mihi: doctus & ipse  
Militiam: verum patriæ telluris amore  
Ductus: ad antiquos rediit cum prole penates:  
Argenti q; tulit secum graue pondus & auri.  
Tandem huc adiectus rectū mercatur & agros:  
Arq; clientelis clarus famaq; parentum  
Primus in urbe fuit: romanaq; castra sequitur  
Semper in ausonijs senuit fortissimus armis.  
Hinc genus ipsa traho. patrinata vñica costo.  
Et generis tantis oboles ego sola supersum:  
Multa dies alios longæuaq; sustulit ætas.  
Hac est orta patrum soboles hac definet urbe,  
Sic genus & patrīam nosti nomineq; paternum.  
**C**illa manū crucis instar agens. Ponit responsum diuæ martyris:  
originē suam docte narratis. Vnde ordo est. Illa scilicet catharina:  
agens manū: instar. i. in statim & formā crucis: incipit sic ore. i. ita  
loquitur. Ego non referā. i. nō recenzebo: primordia clara. i. illustrē  
originem meæ gentis. i. generis & progeniei et titulos & noia meæ  
gentis: studio. i. conatu iactandi. i. vt iactem & extollā me: sed qn

Id est quādoquidē rex romane tu iubes genus meo; s. maiorum  
 est illustre. i. clarū & generosum. etenī maiores mei geslere sceptrū  
 i. reges fuerunt: & decē reges sunt in mea stirpe. Sunt qui. xiij. po-  
 nant ptolomeū videlicet lagī filium: a quo cæteri ptolomei appel-  
 lati sunt: scilicet ptolomeus philadelph⁹: qui post regnū patris qđ  
 durauit ānis. xl. regnauit annis. xxxvij. Cui successit ptolomeus  
 euergetes. i. bñficus qui regnauit ānis. xxv. aut. xxvi. cui successit  
 pto. philopater: regnauitq; ānis. xvi. aut s̄m alios. xvij. Post quē  
 pto. epiphanes regnauit. xxiiij. annis. & post eū pto. philomater  
 annis. xxxv. deinde pto. euergenes quē alij euergetē quoq; dicunt  
 annis. xxix. Tum pto. phiton soter cognoīatus ānis. xvij. Po-  
 stremo dionysius ānis. xxx. quidā alexandrū nonū ponūt & cleo-  
 patrā reginam decimā: sed neq; in regū enarratiōe: neq; in regno;  
 duratione cōsentiuunt: pluresq; annos regna ægyptiorū durasse in-  
 uenies qđ hic auctor ponat: verū interregna & expulsiones regū hic  
 forte nō enuerauit. sed ad ordinē redeo. Lagus q vnuſ e gregarijs  
 militibus alexādri magni fuit: fuit supple oibus illis regib⁹ auctor  
 id est principiū generis. nā ab eo lagidae dicti sunt: qui primus mi-  
 les alexandri supple fuit: qui alexāder condidit vrbe supple quam  
 vides scilicet alexandriam: et qui condidit regna quæ vides: & vo-  
 cauit moenia alexandrea. Lagus venit cum rege: scilicet alexandro  
 magno: post celebres pugnas & labores asiae. Ptolomeus na-  
 scitur ab illo: scilicet lago: existens proles generosa: a parente vili:  
 id est ignobili. sicut flumen maius descendit. i. oritur ab exigua. i.  
 modica origine: hic scilicet ptolomeus lagī filius: potitus supple  
 est quondā. i. aliquando imperio ægypti: lybies & arabum et sup-  
 ple regnum seu imperiū mansit in stirpe nepotū: ducentos annos  
 super quadraginta: nisi fallimur: quod additūr propter incertitu-  
 dinem chronographorū. Ast id est sed: vbi id est quo tempore vel  
 postq; viſum supple est. i. placuit superis extollere gentē romanā:  
 & vertere: id est eruere et funditus destruere vrbes lybicas: bellis ar-  
 dētibus: reges supple sunt mutati: tunc proles regia. i. quæ regna-  
 ret interiſt: tunc meus atavus p̄fectus etrembis qui sunt in extre-  
 mis partibus arabiz: tenebat arua vicina campis aethiopū: existēs  
 dux potens animis & armis: et propinquus regi sanguine id est cō  
 sanguinitate: existens etiam vigilas custodia supremi regni. Qui  
 postq; audiuīt sero: id est nimis tarde: sceptra suorum: scilicet ma-  
 iorū & parentū esse sublata: scilicet per romanos: ipse dolēs secessit  
 longe ad vrbes aethiopum: & pater candacis reginæ contriuit per-  
 sepe illo ductore: garamātas populos illos aphricę iuxta syrtes: et

Reges  
ægypti  
lagidae

Filius Baptista Mantuanus

acres populos massilium pro massilio. massili autem sunt post mauritiam  
niā: in getulia & numidia. et duxit per aquora classem arabū: & reme  
auit onustus spolijs indorū. i. quibus indos spoliauerat. Costus exi  
stens quartus ab hoc s. at auo meo: fuit supple mihi genitor doctus  
& i. etiā ipse militia. i. rem bellicā: verum. i. sed: ipse ductus amore  
telluris patriæ: rediit cū prole ad antiquos penates. i. ad cunabula  
antiquæ gentis suæ: & tulit secum graue pondus auri & argenti: et  
ipse adiuetus tandem huc. i. in hanc in qua sumus: ciuitatem mercati. i.  
ermit: teclum. i. domū & agros: atque ipse clarus clientelis. i. multitu-  
dine clientiū quibus patrociniū exhibuit: & fama parentū fuit pri-  
mus in urbe: et fecutus castra romana: senuit in ausonijs. i. romanis  
armis existens semper fortissimus. (Oriri questio potest si cū prole  
sua rediit costus: quae sit illa proles. nō enī catharinā dici volunt cū  
bimā matre orbā eam nutritā dicat: sed nihil obstat dummodo patrē  
superstitē admittat: qui defuncta coniuge filiā liberalibus artibus  
imbuendā tradidit: & militiam romanā abiens) Hinc. i. ob hoc costo  
ipsa. i. ego traho genus. Ego supersum costo patri vnitata: &  
sola soboles tanti generis. Dies multa. i. multum & longum tempus  
et longa ætas. i. duratio temporis: sustulit. i. de medio tulit & extinxit:  
alios. i. alias generationes. Soboles. i. ppago & progenies: patrum. i.  
maiorum meorum est orta hac urbe: & desinet hac urbe: scilicet alexan-  
drina. Sicut o rex nostri. i. cognoscis (a noui verbo defectivo) genus  
& patriæ et nomē paternū: ea autem rex quæsuerat.

At postquam vita functi cecidere parentes

Ne lasciuia meam macularet inertia mentem

Ad studium duplex curas & pectora verti

Fonte salutares christi suscepimus vndas.

Et mea lustrali deus abluit ora lauacro.

Ipse vir: ipse pater: castum sacrauimus illi

Corpus: & elabens annis velocibus æuum.

Hæc mihi prima salus. teneris me costus ab annis

Tradidit eloquij studijs: & misit ad urbes

Cœcropias. vidi thebas dirceaque rura

Attica regna: solum pelopis: lacedæmona claram  
Legibus: & quondam bellis ac marte potentem.  
Atq; Therapnæos saltus helenæq; penates  
Minoisq; domos: præruptaq; saxa corinthi.  
Et Rhodon illustrem phœbo statuaq; superbam  
Marmorea: & lydi satris atq; Herculis ara.  
Vidimus & delphos dodoneasq; columbas:  
Cortinam tripodas phœbi. pythoniaq; arma.  
Cycladas & traches trolanaq; vidimus arua.  
Atq; omnem lyci graia rate legimus oram  
Littoris: ausoniis mox præceptotibus vfa  
Facta tuæ gentis dñdici: totumq; latinis  
Viribus & bellis attritum ingentibus orbem.  
Regna britannorum Germanorumq; superbam  
Progeniem: scythicas alpes hircanaq; longe  
Littora: & Euphratem: nabatheaq; rura: Syenen  
Et lybicas arces: & qua fuga porrigit Atlas  
Maximus inuasit romanæq; gloria gentis:  
Cæsareos proceres & quarti sæcula regni  
Atq; tot illatam crudeli vulnere mortem  
Principibus: legi mores & furta deorum:  
Et tandem nihil esse dies mutabilis æui  
Dæmonas esse deos & totum ambagibus orbem  
Constat in errores ductum: nullamq; salutis  
Esse viam nisi per christi documenta fidemq;

F. Baptista Mantuanus

Sic arabum libri sic vult iudea vetustas:  
Sic quibus & vestri credunt cecinere sibyllæ:  
Quo magis admiror vos qui terræq; marisq;  
Regna gubernatis: quorum mutabile vulgus  
Dicitur exemplo tam claro errore teneri.  
Et tanta simulachra deum ambitione tueri:  
Et statuas horum diuino extollere cultu:  
Quorum vita fuit scelerum sentina. Quod Io  
Nostra. quod Ichneumon: & quod latrator Anubis  
Accipiter: Felles: Bos: Oxyrrhynchus & Ibis  
Numen habet: taceo martem phœbumq; iouemq;  
Quorum tanta canunt vestri miracula vates.  
Hi stygios ideo metuunt iurare per amnes  
Qz stygiis mersi stagnis altaq; palude  
Dant scelerum atroces iusto sub iudice poenas.  
Veridicum vero christum sine criminè cuius  
Vita fuit: nigro manes qui traxit ab orcho:  
Qui coeas hominum mentes & lucis egena  
Lumina restituit: siccisq; liquentia plantis  
Aequora calcauit: fugitis. reuocare memento  
Rex romane pedem iusti trans limina lapsum.

**C**At postq. In hac parte orationis suę diuavirgo ac martyris catharina: studiū ac religionē suam recenset dicens. At. i. sed: postq; parentes functi vita: cecidere. i. defuncti ac mortui sunt. ne inertia. i. ignauia: vita sine arte & industria: lasciuia. i. lasciuie genitrix. Multi enim nobiliū lasciuie dediti sūt. ppter ocia: ocis autē ppter inertia id est quia artem non habent cui yacēt) macularet meā mentē: ego

verti curas & pectora ad duplex studium. f. sacrarum litterarum &  
 philosophicarum: aut ad studium recte sapiendi & iuste operandi:  
 nos suscepimus fonte christi. i. in baptisme: salutares vndas: &  
 deus abluit mea ora. i. sumēdo a pte totū: meipsam lauacro lustrali  
 id est purgatiuo. f. ab originali peccato in paruulis et a cæteris etiā  
 in adultis rite dispositis. I pse. f. christus est sup. vir. i. maritus meo:  
 ipse est sup. pater meus: nos sacrauimus illi corpus. f.  
 nostrū castū. i. intuolatū: et euū elabens. i. nobis excidens et non  
 animaduertentibus ptransiens: annis velocibus. i. cito transseūtib⁹  
 hoc est tempus vīte nostræ: quod alioquin breue esset christo sacra  
 uimus: ita paratæ sumus: vbi volet pro eo mori: hec q̄ sequitur fuit  
 sup. mihi prima salus. i. origo salutis meq;. Cost⁹ tradidit me ab an  
 nis teneris: studijs eloquij et misit me ad vrbes Cæcropias. i. athe  
 nas vicinas eis: quas cœcrops aliqñ possedit. Ego vidi thebas. f. in  
 boetia vnde plurimi poetæ orti: et rura dircea: in quibus est dirce  
 fons musis sacer nō lōge a thebis & vidi regna attica: in quibus. f.  
 præcipua est græcorū eloquètia: et solum pelopis filij tantali. f. pelo  
 ponesson. i. pelopis insulā. lacedæmonia. i. ciuitatem lacedæmonio  
 rum: claræ legibus. f. licurgi: et potentē quondā bellis ac marte: id  
 est virtute bellica. diu enim rerū potiti sunt lacedæmonijs: Sane ciui  
 tas lacedæmon a lacedæmonie iouis & Taygetæ filio qui eam edifi  
 cauit: aut sparta dicitur: ciues lacedæmonijs et spartani. Atq; vidi  
 saltus therapeos. i. vicinos thebis: nā strabo libro nono dicit sic.  
 In thebanis quoq; finibus extant therapnæ & Theurnesus. Credi  
 dero facile scriptū esse poeta therâneos. i. laconicos nam laconia  
 regio est achaïe habens hec oppida insignia. Tenarum Amyclas  
 Pherem. Leutrā. Theranen et spartā: id aut credidero quia subdit:  
 heleneq; penates. i. mycenæ. vnde orta est: sicut dicitur de ea enei.  
 iij. Scilicet hec spartā in columnis patriasq; mycenæ aspiciet) & do  
 mos minois. i. cretā cuius minos rex fuit: et saxa corinthi locupletis  
 simæ olim ciuitatis ppter duos portus: prupta autē dicit saxa: aut  
 quia ciuitas a romanis euersa fuit autq; ad montē pruptū: cui acro  
 corintho nomē sita est. Et sup. vidi: rhodū: illā insulā lyciē primā  
 e cycladibus: illustrē phœbo. et supbā. i. elatā sup alias statua mar  
 morea est etiā illic ingēs colossus et in p̄sidio apollinis semp habi  
 ta distans ab alexandria circiter quigēta septuaginta octo passuum  
 milia et sacris lyndi (Lyndus oppidū est in insula rhodo vbi sacra  
 herculis maledictis et execrationibus celebrari solebant: Vnde  
 addit.) atq; ara herculis. Nos vidimus & id est etiam delphos:  
 vbi Apollinis ipsius tēplū clarissimum est: et vidimus columbas

Lacedæmon

Therapnæ

Lyndus

# F Baptista Mantuanus

Dodoneas. i. q̄ i dodona silua epirotica respōsa olim dederūt ( Quā rem herodotus enarrans dicit : duas sacerdotes iouis: a phoenicibus ab eḡipto abactas ita discessisse: vt altera in lybiā: altera in dodonam veniret q̄ vtraq; in ijs locis oraculum constituerunt. Verū in oraculo dodonei iouis quod antiquissimū oīm q̄ in grēcia sunt: idem asserit: notandū duas colūbas nigras ex egyptiaca thebe volasse: et alterā in lybia āmonis templū edificari iussisse: alterā in dodona silua super fagū consedisse: voceq; humana locutā dixisse: iouis illīc oraculū constituendū. Verū herodotus putat has nō colūbas sed mulieres fuisse: colūbas appellatas: q̄ peliades antiqua lingua pelasgica et columbę & mulieres sint: & nigras putatas: ppter colorem egyptiacarum mulierū ) Et sup. vidimus cortinā & tripodes: q̄ secundū donatum idē significant. Sunt autē tripodes triū pendūm mēsē in tēplo apollinis delphici in quibus positę phoebades id est sacerdotes phoebi futura p̄dicebant. auctore Seruio: qui dicit q̄ Cortina sit locus unde oraculū exit: vel quia apollinis tripos corio pythonis tectus est: vel quia ibi sunt certa responsa: quasi certina: vel (quod est verius) quia illīc cor vatis tenetur. Nam cauerna ī templo fuit ad quā phoebas rapta vaticinabatur: et vidimus arma pythonia. i. quibus apollo pythonē interemit: scilicet arcū & sagittas q̄ pythonia arma dicuntur sicut primo ēnei. dicitur. Nata patris summi qui tela typhoeia tēnis. i. quibus typhoeus interemptus est. & nos vidimus cycladas. i. insulas in formā cycli dispositas: et vidimus arua thraces vt thrace thraces: vel vidimus thraces. i. populos thracię: & arua troiana: post deletā. s. troiā: atq; legimus. i. per nauigauim omnē orā. i. extremitatē littoris lycij sup. maris & hoc rate graia. i. nauī grēca. q. d. vbi cunctq; in tota grēcia aliquid miraculū aut nouitatis aut doctrinę haberi pōt fuimus: & ego vſa mox: id est paulo post p̄ceptoribus ausonijs. i. latinis: didici fata tuę gentis. s. romane: & didici totū orbē attritū ingentibus viribus et bellis: latinis. i. latini populi: hoc est italicī & potissimū romanī: & didici sup. qualiter gloria romanę gentis: inuasit regna britānorū: id est eorū qui nunc anglici et scoti atq; hyberni dicuntur: & extra mundum censem̄ positi: et supbam. i. magnificā & p̄potentē saepe rebellē p̄geniē germanorū. alpes scythicas. i. vſq; ad scythas portensas: & littora hircana longe sup. posita et euphratem. i. eos qui euphratēm accolunt videlicet in armenia. mesopotamia. seleucia & babilonia residentes. et rura nabathea. i. foelicem arabīā: & Syenē quę est v̄bs in confinibus ethiopię atq; egypti q̄ directe locata ē sub tropico ēstiuo: hoc est sub cācro in extremo torridę zonę: yñ

Syene.

cum sol ad cancrū venit in medio solsticij die supraverticē vrbis ca  
 dens nullā prosus vmbra facit. Lukan⁹. Vmbras nūnq̄ flectēte sy-  
 ene: & iuasit arcēs lybicas: et sup, eā partē videlicet mauritanā qua  
 maxim⁹ athlas porrigit. i. extēdit iuga sua. Iuga aut̄ sunt ptes mō-  
 tis sub vertice eius iugo & formā hñites. Ego legi cæsarios pceres:  
 & secula quarti regni. i. romanorū quod quidam quartū ponunt:  
 aut cætarum qui post reges: consules & tribunos plebis: regnare  
 cœperunt. Aut ferreum dicit: quod post aureum argenteū & ære-  
 um est. et legi mortē illatam tot principib⁹ crudeli vulnere: & legi  
 mores: scilicet impudicos: & furtā deorū: et tandem constat mihi:  
 dies. i. tempus mutabilis æui esse nihil: & deos esse demonas: id est  
 nequā sp̄ritus: & totum orbē esse ductum in errores ambagibus. i.  
 dubijs factis & dictis: id est illusionibus demonum: et ignorantia  
 mortaliū: & constat nullā viam esse saluti. i. ad salutē: nisi per docu-  
 menta & fidem christi. Libri arabū. i. chaldeorum vatū & astrolo-  
 gorum volunt sic: vetustas iudea. i. iudaica antiquitas: vult sic: et  
 sibyllæ quibus &. i. etiam vestri. i. gentiles credūt: cecinere sic: id est  
 nullā salutem esse nisi per christum. Quo i. quocirca: ego admiror  
 magis. vos qui gubernatis regna terræ & maris: et quorū exemplo  
 vulgus mutabile. i. quod facile sententiā mutat (vt ænei. secundo.  
 Scinditur in certū studia in contraria vulgus.) teneri tam claro. i.  
 manifesto errore: & tueri. i. defendere et protegere tanta ambitione  
 id est tanto & tam superbo conamine: simulachra deū. i. deorum:  
 & extollere. i. exaltare diuino cultu. i. latria soli deo debita: statuas  
 horū scilicet deorum quo & vita fuit sentina. i. vorago & recepta-  
 culum scelerū. Quid numen. i. quam diuinitatē habet io nostra. i.  
 quā nos ægyptij colimus. i. isis inachi filia. q. d. nullū: quod numē  
 habet ichneumon. i. mus indicus: quē quidā ægyptij colunt. vnde  
 Strabo libro. xvij. Post arsinoiticam heracleoticāq̄ præfecturā est  
 herculis ciuitas: in qua colitur ichneumon. Est autē ichneumō aīal  
 magnitudie felis. i. cati seu murilegi. specie muris vulgo nūc mure  
 indicū vocant: nascit̄ in ægypto: & cū a spide et crocodilis pugnat:  
 mergēs enī se limo saepius & siccans sole: quasi loricatus ictus aspi-  
 dum irritos auersus excipit: & aspides per caudā aut caput in flumē  
 trahit. Crocodilis vero apricātibus. i. in sole cubātibus insidiās in  
 oris hiati. intrat & exesis visceribus: e ventre mortuo & egreditur.  
 Crocodilus aut̄ est aīal hoībūs terra & aquis infestū: qđ arsinoitæ  
 colunt. Deinceps (inquit Strabo) est cynopolitana pfectura & ca-  
 num ciuitas in qua anubis colitur. Nam quædā animalia sunt quæ  
 ægyptij vniuersi colunt: quēadmodū ex terrestribus tria: bouem:

Ihcneumō

Crocodill⁹

canē: & felem. ex volatilibus accipitrē atq; ibim. ex aquatilib⁹ duo  
Lepidotū pīscē & oxyrynchū. Sunt alia quāe quisq; seorsum colit.  
de quibus Iuuinalis ī satyra. Quis nescivolusi bithynice qualia  
demēs Aeḡiptus portenta colat. multa dicit: sed ad ordinē redeo.  
Aut quod numen habet anubis. i. osiris in specie canis adoratus.  
**Feles.** vnde addit latrator: & quod numen habet accipiter auis illa rapax  
et quod numen habet feles. i. animal caustum & murilegum: et bos  
& oxyrynchus pīscis: et ibis auis cyconiae nō dissimilis: quasi dīcat  
nullum: quorū tamen vestri vates canūt tanta miracula: hi scilicet  
dīj vestri metuunt iurare per amnes stygios: ideo q; ipsi mersi sty-  
gij stagnis & alta. i. profunda palude: dant atroces poenas scelerū  
sib; iudice iusto: scilicet deo. Seruīus autē super illud. vi. æneidos.  
Cocytī stagna alta vides: stygiāq; paludem: dīj cuius iurare timēt  
& fallere numen: dicit q; ideo per stygē dīj iurare non audent & fal-  
lere: quia styx tristiciā significat quē cōtraria ēst aēternitatī. vero p  
sed vos fugitis christū veridicū: cuius vita fuit sine crimine: & qui  
traxit manes. i. animas sanctorū ab orcho nigro. i. limbo infernali  
qui restituit. i. reparauit cæcas mentes hoīm: & lumina egena lucis  
ſd est qui restituit tam lumen interius q; exterius expellēs cæcitatē  
animorū & corporū. et qui calcauit siccis plantis æquora. i. maria:  
liquerit. i. fluentia & liquida. venit aut̄ a liqueo. nā liquor liqueris  
primā pducit. O rex romane memēto reuocare pedē lapsum trans  
limina. i. līmites iusti. i. iustitię: hoc est redi ad penitētiā & dere-  
linque errores tuos.

Talibus orantem verbis mirata sedentum

Lecta cohors ciues pharij: proceresq; latini.

Inspectusq; magis sexus dcentis & artas.

Illa etenim ter sena suit supremaq; bruma:

Rex tamen implicitus diuorum ambagibus ægre

Dicta tulit. mandat vinclis & carcere claudi:

Affligiq; cibo tenui. vix fluminis vnda

Vix simplex concessa ceres. inclusa tenebris

Orat: & in magna versatur luce per umbras.

Se dula persephone mendacis imagine sumpta

Pincernæ ichthyboli; cui vox obscura procaxq;  
Ingenium: tumidæ sauces: turgentia labra:  
Diffusæq; aures & nasi plurima moles:  
Signa viri ex cordis missaq; furentis habena:  
Pes breuis: & grandes proceri corporis artus:  
Angustuq; caput: frons multo obscura capillo:  
Hic erat in magica regi comes vnicus arte.  
Fatur: & obscuris vocem de naribus haurit.  
Virginis vnius quid tanti pendimus ora  
Rex romane. rudes inter facienda videntur  
Garrulitas indocta potest. nos prælia docti  
Militiamq; sumus. si dimicet ense vel hasta  
Nemo ex hoc numero tali fugiturus ab hoste est.  
Verum hoc non ferro bellum: sed voce gerendū,  
Nemo est omnis homo: nō omnes omnibus artes.  
Collige finitimi claros ex virtibus omnes  
Rhetoras: & quibus est romanæ copia linguae  
Audiat hos mulier de religioni loquentes:  
Et pudeat carpsisse deos: explosa dione  
Aeneadum matri & nostro det thura quirino,  
Si neget: impieras ferro plectetur & igne.  
Persephones omni placuit sententia mensæ  
Et simul a toto coetu laudata sedentum.  
Nam soliti ludos celebres inferre theatris  
Talia romani curant spectacula ciues.

III. K. o F. II. Baptiste Mantuanus

Mittitur ad solymos: idumeos: & erembos:  
Ad claram zenonē cyprum: licet aequora ventus  
Tollat & albentes véniant ad littora fluctus.  
Regia contemnit leges & frena libido.  
Mittitur ad schediae campos: mendesiaq; arua:  
Hermopolisq; lares: ad aquosam naucratis oram  
Necropolim: & claram menelai classe canopum:  
Qui vocet eloquio insignes fandiq; peritos.  
Præmia victori statuit vasa aspera gemmis

Aurea: purpuream vestem lauriq; coronam.  
**C**Talibus orantē. Finita oratione catharina in carcerem truditur  
quippe cuius facūdīæ & eloquentiæ diuinęq; prudētiae respondere  
nemo poterat: verū persephone in specie ichtyboli consiliū dedit  
aduocādōr; rhetorū: quod maxētius cum oībus astātibus appro-  
bavit. Ordo est. Cohors lecta. i. electa & egregia sedentīi. i. eorum  
qui assidebāt scilicet ciues pharij & pceres latini: mirata supple est:  
orantē. i. concionantē scilicet cath. talibus verbis: & sexus dicētis  
est magis inspectus: & ætas est magis inspecta: etenī. i. quia illa. s.  
cath. fuit ter sena. i. ter seniorū: hoc est. xvij. annorū: & fuit sup̄ma  
bruma. i. instabat tēpus brumale: quo frigus viget: tñ rex iplicitus  
ambagib⁹. i. dubijs sentētijs: quas de dijs suis habebat: tulit aegre  
.i. moleste: dicta. i. respōsa cath. & mādat eam claudi vincis p vin-  
culis: & carcere: et affligi tenui. i. modico cibo: hoc est inedia. Vix  
vnda fluminis est cōcessa supple ei: & vix ceres. i. panis: est cōcessa  
.i. permīssus ei. ipsa aut̄ inclusa tenebris orat. i. p̄catur deum: & ver-  
satur per vmbras. i. in medio vmbraj: in magna luce: q̄ eam circū  
fulsit. Persephone. i. dea inferni: sedula. i. diligens in excogitandis  
fraudibus: lumpa imagine ichthyboli pincernē regis: mēdacijs. i.  
scīti & simulati (quia nō potuit veram imaginem eius assumere: aut  
forte mendacijs dicit: quasi assidue mentiri soliti. cōstructio autem  
perficietur ibi: fatur & obscuris &c. sed iterponit descriptionē eius  
dicens ) cui scilicet ichthybolo vox supple est obscura & ingenium  
procax. i. petulans: fauces tumidae. i. inflatae: labra turgentia: aures  
diffusa. i. large patētes: & plurima moles. i. quātitas nasi: quæ sunt

sup. signa viri excordis. i. insensati & nullū cor habentis: sicut pri  
 dentes e contrario cordatos dicimus: & furētis habena. i. freno: mis  
 sa. i. laxato Pes sup. est breuis: & artus pceri. i. longi et extensi cor  
 poris sup. sūt: grandes. i. magni: caput est angustum. i. breue & cō  
 pressum & frons est obscura multo capillo: hic erat regi vnicus co  
 mes in arte magica Persephone inquam sedula sumpta illi⁹ imagi  
 ne: fatur & haurit. i. educit vocem de obscuris naribus. O rex roma  
 ne: quid. i. ad quid pendimus. i. facimus & appreciamur: tanti. i. tā  
 to p̄cio: ora. i. eloquentiam vnius virginis: garrulitas. i. loquacitas  
 indocta: potest videri facunda inter rudes. i. imperitos: nos sumus  
 docti p̄clia & militiam. i. artem & rem militarem: si ipsa dimitet. i.  
 certet ense vel hasta: nemo ex hoc numero. i. nemo nostrum: fugi  
 turus est ab hoste tali: videlicet virgine imbelli: verum. i. sed: hoc  
 bellum est gerendum non ferro. i. armis ferreis: sed voce. i. sermone  
 & facundia. Nemo est omnis homo: non omnes artes sunt sup. om  
 nibus. collige. i. conuoca omnes claros rhetoras: ex vrbibus finiti  
 mis. s. alexādrię: hoc est grecis & egypcijs ac iudeis: & sup. eos qb⁹  
 est copia romanę linguę. Audiat mulier. s. catharina hos. s. rhetor  
 as: loquentes de religione. i. deorū cultu et obseruantia: & pudeat  
 sup. eam: carpeisse: id est reprehendisse & vituperasse deos: & ipsa  
 explosa: id est cum irrisione postq̄ deuicta erit electa: det thura: id  
 est sacrificet dione matrī æneadum. i. eorum qui ab ēnea descendē  
 runt. Est enim dionemater veneris: & venus ēnē. & det thura no  
 stro. i. romano quirino. i. romulo: si neget sup. dare thura: ipietas:  
 id est contemptus deorum plectetur: id est punietur ferro & igne.  
 Sententia persephones in forma ichthyboli loquentis: placuit oī  
 mensae. i. placuit omnibus assidentibus: & laudata sup. est simul a  
 toto coctu sedentum: nam ciues romanī soliti inferre theatris: id est  
 spectaculis publicis: celebres ludos: curant. i. libenter habent talia  
 spectacula. Mittitur (suppositum ponif̄ ibi: qui vocet eloquio &c.  
 Mittitur ergo aliquis) ad solymas. i. iudeos apud hierusalem residē  
 tes: ad idumeos. i. populos idumeę vnde Iob erat: & erēbos: id est  
 populos arabiae ad cyprum insulā illā clarā. i. nobilitatā zenone. i.  
 quia fuit patria zenonis philosophi: licet. i. tametsiventus tollat. i.  
 excitet & cōmoueat equora: & licet fluctus albētes. s. ex spuminis illi  
 sis: veniat ad littora: libido regia: cōtēnit leges & frena. Mittit sup.  
 nūcius. Missus ē aut ad diuersas ptes egypci: quas Strab. lib. vltio  
 describit. Vñ Schedia quattuor schoenis distat ab alexādria: q̄ ha  
 bitatio vrb̄i similis ē: & nauale habet thalamifetoru nauigiorū: qui  
 bus pricipes in supiorē nauigāt regionē. Itē phatnico ostio quod

Schedia.

**Mendesii  
hermopolis** magnitudine tertium est: ppter prima duo quibus delta terminatur coniungit mendesium. Ité paulo post. Circa butū hermopolis est in sebenitica pfectura. Milesij autē per Cyaxaris tēpora: qui medorum rex fuit. xxx. nauibus contra psamniticū nauigantes bolbiticum ostium tenerunt: postea in Saiticā pfecturam nauigātes in ariaualī plio superatis: naucratim vrbem non multo supra sche- diam posuerunt. Et paulo post. In ipso delta flumen est naucratis.

Necropolis autē non procul est a mariotide lacu. Canopus vero centum ac. xx. stadijs distat ab alexandria pedestri itinere vadenti bus: dicta de nomine canopi: qui menelai classem gubernabat: & ibi mortuus est. Est autem canopicum ostium ipsius delta initium Sed ne longior sim ordo est. Mittitur ad cāpos schiede: illius loci celebris in ægypto non longe ab alexandria: & ad arua mēdesia q̄ sunt iuxta phatnicum ostium nili: & ad lares. i. domos: hermopolis: illius ciuitatis ægypti a mercurio: qui hermes dicitur: cōditæ & denominatæ: & ad orā. i. regionem aquosam: propter flumē quod in delta est: naucratis: illius vrbis in ægypto. & ad canopū clarā. i. illustrē: classe menelai: quia canopus illic sepultus loco nomē dedit mittitur inquā aliquis nunciorū: qui vocet. i. citet: accersat: sup. vi ros insignes eloquio: & pitos fandi. i. artis dicendi: & sup. maxēti statuit. i. constituit victori p̄mia: videlicet vasa aurea: aspera gēmis (nā gēmatis poculis domitianī r̄pibus vt Iuue. notat: diuites bibe bant) & vestē purpureā: et coronā lauri. i. laureā. Verba Iuue. sunt Satyra. v. Nam virto vt multi gēmas ad pocula trāffert a digitis.

Interea cupidus regni Maxentius alto

Corde volutabat Romam. cupit ire per vndas

Nauigio celeri: patriaq̄ inuadere fines.

Sed piceæ nubes & hyems contraria nautis

Impediunt cursus. Aquilo bacchatur: & Eurus

Importunus agit pluuias: freta concita clamant:

Nec spes villa viæ superest nisi verereuerso:

Nam q̄q̄ hybernis non nunq̄ tuta diebus

Aequora sint dubio tamen inconstantia cœlo,

Propterea inflatum rabies abscondita pectus

Rodit ab imperio exclusum dum se videt: vndas

Execrat: & ventos & singula numina pontis:

Doridaq; & natas: cum matre Palæmona. Glaucum.

Prothea: & Oceanum cum coniuge. Vela: ratesq;

Concitus in mitem parat eructare puellam

Conceptum virus: tacitaq; incenditur ira.

Non secus ac circumpositis hastilibus ardet

Cæruleus serpens: & aperta fauce venenum

Colligit. igniuomisq; oculis atq; auribus altis

Sibilat. & terram diffundit in aera pestem.

Sic furit impatiens cæsar. iuuat ignibus ignes

Persephone. modo nycteridem: modo nycticoracē

Fingit: & hoc acri premitur Maxentius cestro

Perdius & perno x. animū quoq; somnia vexant.

Arduus æoi mons est titanis ad ortum

Mons asiaæ lybiaæ sedens confinia iuxta

Et quasi cōmunitis limes: caput erigit altum

Affyrios arabesq; videns ægyptiacq; arua

Vertice de summo. Casium dixere. sepulchro

Romulidæ magni & celebri iouis inclytus æde

Huc oblectandæ studio per littora mentis

Festur equo Cæsar. triduoq; in rupibus altis

Delituit magicis exercens carmina signis.

Ichthybolusq; comes: tenuiq; abscondita nube

Persephone: & tacito profert mēdacia risu.

Doris  
Gnata.  
Nata  
Nympha.

Ino

Leucothe-  
ti

Palemon.

**C**intera cupidus regni. Dum rhetores citantur: maxentius tēpe state impeditus ne romā p̄fici sceretur. ad casū mōtem iter faciens: magicis artibus iactibebat: quo tempore regina carcerem ingredit̄. **C**asius vt diximus mons est syriae imminens anthiochiae seleuciae: cuius altitudo quarta vigilia solem aspicit: ambitus ad cacumen. cxxxij. M. passuum. Per directū. iiiij. Alter est in egypto iuxta selobridam paludem: quem Plinius dicit in arabia ppter propinquitatē non procul a pelusio vbi delubrū iouis casij: & tumulus pompejī: de quo hic loquitur poeta. **O**rdo est. Maxentius cupidus regni: volutabat: id est versabat & considerabat interea: dum nuncij mituntur. alto corde romanā: & cupit ire romā celeri nauigio p vndas & inuadere fines patrie: id est ingredi violenter italiā: sed nubes pīcej. i. pīcei coloris: hoc est fuscae vt pix & ob id dense: & hyems: id est tempestas pluuiosa: contraria nautis impediunt cursus: id est celerem profectionem: aquilo ventus ille bacchatur .i. furibundus more bacchantium vagatur: & Eurus alius ventus: existens importunus: id est contrarius portum petētibus: agit. i. suscitat et impellit pluuias: freta. i. maria a feruore dicta: cōcita. i. commota: clamāt id est sonitū collisarū aquarū faciūt. nec vlla spes viæ. i. nauigatio nis supereſt: niſi vere. i. t̄p̄verno reuerso. Nam q̄q̄ equora sint nō nunq̄. i. aliqñ̄ tutā: diebus hibernis. i. hyemalibus: tamē incōstātia est sup. celo dubio. i. incerto & instabili: modo sereno modo turbido & nubilo. Propterea. i. & ideo rabies abscondita. i. occultata in maxentio rodit pectus ei⁹ inflatū: ambitione. s. et ira. Et dū videt se exclusum ab imperio: execrat. i. execrabiliter maledicit et icrepatis quasi extra sacra ponit: vndas & ventos: et singula numina ponti id est singulos deos maris. s. & dorida. i. matrem nympharum: que mare dicitur. Virg. Doris amara suam non intermisceat vndam. & gnatas. i. filias. s. nymphas. Volūt grāmatici: gnatā nomen p gn: scribi: sed natā a nasco participium sine g. I ta dices natum venere & gnatū veneris. Nymphas aut̄ spōsas quidā vocant: vnde parnymphus: sed sunt aquarū deę quasi lympharū numina phisice ritios aut nymphos intelliges: et mari ortos: et execrat palemona deū illū marinū: cum matre q̄ Ino dicta est. Nam Ino cadmi & hermione filia: athamāto eoli filio nupta duos peperit liberos learchum & melicerem: q̄ videns learchum ab insano patre occisum sese p̄ ti more cū melicerete & scyronis saxo p̄cipitē dedit: sed ambo in mari nos deos a neptuno cōuersi sūt. Ino i leucothēa. i. albuniā seu albā deā ppter spumas maris: et melicertes in palemona qui latine por tunus dicitur. Execrat enim glaucū deū marinū & p̄thea etiā deum

marinū et vatē ac pecoris neptuni custodē: et oceanū cū cōiuge. s-  
 thety: item vela & rates & ipse cōcitus. i. ira pcit⁹. parat eructare vi-  
 rus. i. venenū in puellā mītē. s. diuā catharinā: & incendit̄ ira tacita  
 id est occulta. Nō secus. i. non aliter. ac. i. q̄ serpens ceruleus. i.  
 marinus aut cerulei coloris ardet. i. ardore irarū flagrat: & hoc hastili-  
 bus circūpositis. i. dum se videt hastilib⁹ circūseptū: ardet dico: &  
 colligit venenū apta fave. et existēs oculis igniuomis. i. ignē vo-  
 mentibus: atq; altis. i. erectis auribus: sibilat & diffundit. i. late spar-  
 fit: tetrā pestē. i. veneno sam exhalationē in aerea: sic cēsar i patiens  
 scilicet moræ et dilationis furit et persephone: iuuat. i. auget: ignes  
 id est incēdia furoris ei⁹: ignibus. i. nouis ardoribus spiratis: & fin-  
 git sup. se: mō. i. aliqñ nycteridē. i. auē illā nocturnā q̄ etiā nyctime  
 ne dicitur: hæc enī cū esset puella et cū patre cōcubus esset facinus re-  
 cognoscens in filias aufugit et in noctuā cōuersa lucē odit: nocte  
 tantū volitans: a græcis ῥανξ appellatur q̄ athenis plurima est  
 vnde est prouerbium. ῥανξεισ αθηρασ. i. noctuā athenas.  
 sup. ferre quod de ijs dicitur qui inutiliter laborat: ac si athenas no-  
 ctuā venale ferant: aut aquā in maria deferant. pνξ autē grēce nox  
 dicitur latine: & singit se modo nycticoracē. i. coruum nocturnū &  
 maxentius p̄mitur hoc cœstro. i. hoc stimulo furoris (sicut armenta  
 cœstro. i. genere illo vesparum incitata vaganē furentia) pdius. i. p  
 totū diem: et pernoxi. i. p totā noctē: et somnia. i. isōnia phāstima-  
 ta nocturna: vexant quoq; i. etiā animū: sup. eius. Mons. s. cas⁹ ar-  
 duus. i. valde altus: est ad ortū titanis. i. solis eoi. i. orientalis sedēs  
 id est situs: iuxta confinia assiæ et lybiæ: et existens quasi limes. i. ter-  
 minus cōmunicis: erigit caput suū altū vidēs assyrios: & arabes: & ar-  
 ua egyptia de summo vertice. quē sup. cosmographi aut vicini dixe-  
 re. i. appellauerunt: casium (More vergiliano relatiū subtituit. Si-  
 cut primo ænei. Vrbs antiqua fuit: tyrii tenuere coloni. &c. Est in  
 secessu longo locus: insula portum efficit obiectu laterum. Et iterū.  
 Est locus hesperiam graij cognomine dicunt &c) est inquā mons  
 inclitus. i. clarus et famosus sepulchro magni romulidae. s. pompeii  
 de genere romanorū: illuc tandem sepulti: et celebri æde. i. tēplo iouis  
 Cæsar fertur. i. vehitur: huc. i. ad hunc montē equo p littora. s. ma-  
 ris: studio. i. desiderio: oblectandę. i. recreandę mentis: & delituit. i.  
 multū latuit: triduo. i. spacio triū dierū: in altis rupib⁹: exercēs car-  
 mina. i. incātamenta signis. characteribus: magicis. & Ichthybo-  
 lus est sup. vel delituit: comes. i. socius itineris eius: & persephone  
 abscondita tenui nube: est sup. comes: et profert mēdacia. i. mēdo-  
 sa portenta foelicitatis: risu tacito, irocculto & vix pceptibili.

nyctimene  
Noctua

Interea conlunx vultu verbisq; puellæ  
Capta moras non fert: sed mox absente marito  
Opportuna videns data tempora nocte silenti  
Cum duce porphyrio qui præstantissimus armis  
Cyrene præfector erat: sed venerat illis  
Milite cum multo sacrum ad solene diebus  
Tendit ad horrentes obscuri carceris umbras  
Et tenui densam superat vix lumine noctem  
Ignis: anus cornu clausum quem prævia gestat.  
Ostia claudebant aditum tria ferrea magnis  
Vectibus: & squallere situ locus ante solebat  
Terrifico nigra fornix caligine tinctus.  
Humidus: & nitrea partes lanugine candens.  
Marmoragi assiduum semper lachrymantia rorem  
Et iam cardinibus primo de limine versis  
Impulit ignotus nares odor: omnia vincens  
Quæ reges vnguenta syri persæq; solebant  
Dilitias inter gemmis includere & auro  
Talia seu mallent proprios seponere in usus  
Seu dare natarum muliebri scrinia mundo.  
Mox rimis illustre iubar clarescere visum  
Quod duplices abigat noctisq; & carceris umbras.  
Attoniti pressere pedes, & lumine tecto:  
Auribus arrestis pendent: audire loquentes  
Concentumq; lyrae exilem vocesq; canentum.

Parthenices Catharinariae Lib. II Fo. XLVIII

Pertenues visi. Raptæ dulcedine mentes  
Per longas immota moras vestigia figunt.  
Talia cœlestes animis solatia castis  
Indulgere solent; terræ contagia postq;  
Dedidicere: graui scelerum de turbine sanctam  
Deducti ad mentis requiem atq; silentia claustra:  
Prolata mox luce fores reserantur: & ipsam  
Compedibus vincitam duris gelidaq; grauatam  
Mole catenarum & grauia inter saxa iacentem  
Ieiunam tremulamq; gelu videre puellam.  
Quod neq; myrmidonum quisq; dolopiv necipse  
Phallaris aut duri miles busiridis ausit  
Non diomedeus stabula inter sua minister  
Hoc ferus infandi sceleris Maxentius auctor  
Indignus qui viuat agit. Clementior ipso  
Crudeli regina viro: charissima virgo  
Dixit: in has tenebras quæ te fortuna rededit?  
Cur tali ærurnna tantoq; horrore sepulta esse  
Quis tuus iste deus qui te tam tristia iussit  
Vincla pati! Cur vis teneræ miseranda iuuentæ  
Perdere fœlices istis cruciatibus annos?  
Ad quam subridens oculis cum voce leuatis  
Virgo ait: infectæ fulgenti murice veste  
Ante cadis rapidos ignes patiuntur ahenis  
Qz celebres vifus habeant; regumq; ferantur

H F Baptista Mantuanus

In thalamos prius accensis fornacibus aurum  
Solutur in riuos & multo vapulat ictu  
Qz gremio suaves epulas & vina capaci  
Accipiat, multo subiguntur verbere farra  
Ante fatigatis qz sunt alimenta colonis.  
Mens humana sui sub inerti pondere preffa  
Carceris & terræ latitans in mole caduca  
Non nisi per luctus & lamentabilis æui  
Supplicia æternos mundi sortitur honores:  
Non aliter secis luteæ contagia possunt  
Abradi: imblbitas sordes animoqz receptas  
Hæ resecant artes, nec regina voluptas  
Si veri tibi cura boni: si cura salutis  
Perpetuæ fallat: blanda sub imagine semper  
Ingreditur, nardi succos: vnguenta: sapores  
Mellifluos præfert vultuqz applaudit amico.  
Sed nihil est sine fraude: latent sub melle venena,  
Quæ postqz imprudens biberis fugit illa repente  
Læta dolis, manet infixum sub pectore virus.  
Dic ybi nunc ille: quarum vulgata theatris  
Crimina conculcant probitatem humanæ corda  
Mottiferis adiungunt studiis, Briseis, Elissa,  
Phyllis, & Oenone, Sappho, Chryseis, & Helle.  
Tyndaris, & mater, Medeaqz; Pasiphaeqz  
Atqz meæ Cleopatra domus graue dedecus: omnes

Parthenices Catharinaræ Liber II Fo. **XLIX**

Vt duxere breues fœdis in sordibus annos  
Ad stygios venere lacus: terraq; sub ymbras.  
Forma voluptates & opes et gloria regni  
Non valuerent sequi dominas: post funera nulla est  
Disparitas animis: nisi quam dum vescimur aura  
Disparitas morum inducit, si cernere fas sit  
Aethereos regina lares & limina diuum:  
Occidet omnis amor vitæ mortalis: & ultra  
Nulla dies posset curis abducere vanis  
Altius afflatam diuino numine mentem.  
Nec nisi per multos voluit deus esse labores  
Ad sua regna viam, nec sidera segnibus offert:  
Sic nos ipse suo noster princeps & paterq;  
Admonet exemplo christus: qui brachia ferro  
Transfigenda dedit: plantasq; & pectus apertū.  
Ipse videns hominem antiquis erroribus actum  
Immersumq; altis tenebris non posse reuerti  
Ad cœlestis iter patriæ: & simulachra deosq;  
Marmoreos colere: & vili se credere ligno:  
Venit in hos artus: & aperto lumine noctem  
Abstulit horrendā: atq; vagos collegit in unum  
Iusticiæ & fidei callem quo sancta nepotum  
Posteritas adiuta domos intraret olympi.  
Sed tuus hic caesar diuum responsa sequutus  
In verum mouet arma deum: multosq; trucidat

ZLXII. F. II. Baptista Mantuanus

Christigenas: quimox ut deseruere caducum  
Corpus in æthereos ignes & sidera tendunt,  
Ipse autem in seculis omnijq; miserrimus ævo  
Se grauibus mergit pœnis: & more gigantum  
Pugnat ut excelsos trahat in sua pectora montes.  
Nunc delubra iouis nocturnaq; consulit exta:  
Et sibi promittit sceptrum tarpeiaq; regna  
Ambit: & ignauo sperat succedere patri.  
O fragiles curæ: o dominandi insana libido:  
Quot latijs nuribus lachrymas: quot funera romæ:  
Quot cædes dabit illa dies: cum dignior ipso  
Missus ob occasu princeps insignia christi  
Qui feret obmissis aquilis: latissima solus  
Regna gubernabit. christocq; auctore potitus  
Imperio christi leges extollet ad astra.  
Vir tuus arma ferox capiet: sed marte finistro  
Corruet: & tristes erebi rapietur ad umbras.  
Quare age ne nostros luge regina dolores:  
Sed magis erumnas & formidanda mariti  
Damna tui: prolisq; tuæ: stragemq; tuorum  
Namq; ego si paulum afflito sum corpore pressa  
Nil tamen est in me fiendum mihi: sidera carcer  
Parturit iste mihi: faciunt tormenta beatam  
Et iam finis adest: noctem iam terminat ortus  
Lucifer: & clari facies aperitur olympi.

Inter ea coniunx. Hic ostenditur accessio reginæ ad diuam virginem cum duce porphyrio: & utriusq[ue] conuersio: per admirabilem eruditissimæ martyris prædicationem. Ordo est. Coniunx scilicet maxētis: capta id est illecta & irretita vultu & verbis puellæ: scilicet catharinæ: non fert. i. non patitur interea dum maxentius magicis vacat: moras. i. dilationes: sed ipsa vidēs tempora opportuna ad visitandā virginem: esse data id est eueniſſe: scilicet marito absente & nocte silenti: hoc est existente cōticinio dum omnia tacent: tenet ad horrentes umbras obscuri carceris: in quo catharina conclu debatur cum porphyrio duce: qui existens prestantissimus: armis id est rebus bellicis: erat præfectus cyrene. i. cyrenaicis regnis: sed venerat illis diebus ad sacrum: id est sacrificiū: solēne id est celebre: cum multo milite: id est magna copia militū: tendit inquā ad umbras carceris: & superat id est vincit & expellit vix. i. diffuciliter: non enim densam: tenui id est modico lumine ignis: quem ignē anus. i. vetula: prævia id est præcedens: gestat. i. portat: clausum cornu. i. lucerna aut laterna cornea. tria ferrea ostia: id est tres ferreæ valuæ & fores claudebant: id est præcludebat aditum. i. ingressum: magnis vectibus: id est repagulis: & locus solebat ante. i. priusq[ue] catharina illuc eset: squalere id est turpis & immundus esse: situ id est mucore & lanugine in loco humido & inculto annascēte: terrifico id est terrorē inferēte: fornix humidus: id est arcus testudinatus seu circūfrentia carceris testudinati erat supple: tinctus id ē obsitus: caligine id est tenebrositate nigra: quia in tenebris omnia nigrescunt. & paries candens: id est albescens: lanugine id est tenui barba & situ: nitrea id est qualem habere solet nitrum: & marmora lachrymātia. i. per modum lachrymantū emittētia semper assiduum rorem: id est guttas instar rotis. & iam ignotus odor impulit: id est inuisit nates reginæ scilicet & porphyrij: et hoc cardinibus: id est valuarum connexionibus: versis id est auersis & amotis de primo limine: odor dico vincens: id est superans & excedens omnia vnguenta quæ reges syri & persæ solebant includere gemmis & auro: id est gemmeis et aureis vasculis. (Nam secundū Seruium gemmea ne dum gemmata erant pocula. Vnde in fine secundi georgicorum. Ut gemma bibat & farrano dormiat ostro) inter delitias suas supple: leu id est siue malent seponere: id est seorsum reponere: talia scilicet vnguenta aut scrinia in id est ad proprios vſus: seu dare talia scrinia mundo muliebri: id est ad mundum muliebrem: gnatarum id est filiarum. (Mundus autem muliebris dicitur omnis ornatus ad corpus mulieris pertinens. Nam mundus proprie ornatus muliebris.

Regaleyn  
guentū

dicitur) videtur autem loqui de vnguento regali: de quo Syponius sic dicit. Regale vnguentum quo parthorum reges vtebatur constat myrtobolano/costo/amomo/cynamomo/comaco/caramomo/nardispica/myrrha/casia/styrace/ladano opobalsamo calamo/tunco syrio/oenanthe/melobrato/sericato/cypro/asparatho/panace/croco/cypero/amaraco/colato/melle/& vino. Mox id est paulopost:iubar illustre.i. splendor insignis:visum est clarescere:id est lucere:rimis id est per rimas: quod iubar abigat.i. expellat duplices umbras: scilicet noctis & carceris: ipsi attoniti: id est stupefacti ac si tonitru percussi fuissent: pressere.i. cotinuerunt pedes ne scilicet strepitū facerent: sed obseruarent quidnam virgo ageret:& pendent auribus arrestis (hoc equorum & canum vergilius quoq; ad homines transfert primo æneidos dicens. Arrestisq; auribus astant) id est applicant aures ad ostium vt audiant: & hoc lumine tecto:ne scilicet perciperetur adesse:& visi supple sunt sibi: audire loquētes:et exilem: id est tenuē & summissum concentū lyre id est illius instrumenti musici: & pertenues .i. valde summissas et imminutas voces canētūm scilicet angelorū:mentes supple eorū: raptæ dulcedine supple cantus:figunt.i. cogūt figere vestigia per longas moras animi.i. spiritus (quia  $\alpha\chi\epsilon\mu\sigma$ .i. anim<sup>9</sup> spiritus est & ventus) coelestes: vellegamus animis:vt sit.cœlestes scilicet angelī & beati solent indulgere.i. indulgēter impartire:castis animis: talia solatia: postq; ipſi deducti de graui turbine .i. perturbatione scelerū:ad sanctā requiem mentis & ad claustra silentia.i. ad contemplationē diuinā in loco clauso & silenti: dedidicere.i. neglexerunt: aut didicerunt aspernari: cōtagia id est immūdos cōtactū terræ.i. rei terrenæ.fores id est valuae reserātur.i. aperiūtur:mox id ē paulo post: & hoc luce prolata.i. in medium adducta:et supple regina & porphyrius videre.i. viderunt ipsam puellā:scilicet catharinā vincentem duris compedibus:& grauatā gelida mole catenarum & iescentem inter graui faxa. ieūnam & tremulam gelu: id est frigore. Maxentius ferus auctor: id est inuentor: infandi id est detestabilis sceleris:existēs indignus qui vivat:agit hoc quod neq; quisq; myrmidonū: id est immittū populoꝝ thessalīæ qui cum achille ad troiā venerunt:ve pro vel dolopum: qui pyrrhi soci fuerunt ausit. hos autem vt duros & immites ponit vergilius æneidos secūdo dicēs. Quis talia fando myrmidonum: dolopūne aut duri miles vlyxi Temperet a lachrymis: nec ipse phallaris: tyrannus agrigentinus cui perillus atheniensis ad torquendos miserios mortales bouem areum excoxitauit: ausit.(Ipse ergo emphasis habet: quasi dicat

Myrmidones

Dolopes  
Phallaris

quis crudelissimus sit: tamen non ausit aut miles. i. satelles duri. i.  
 immitis busiridis: regis ægypti: ausit. ( Busiris enim cum esset rex  
 ægypti: suscepitq; hospites dijs imolare: ab hercule interemptus  
 est cum eum voluisse occidere: is autem priusq; occisus esset miserat  
 latrones ad surripiendas hesperidas seu atlantidas puellas pulchri  
 tudine precellentes: quos hercules in via offendens occidit. Miles  
 ergo busiridis potest dici quiuis illorum latronū. nam milites olim  
 latrones quasi laterones dicebātur. De busiride autem dicitur in prin-  
 cípio tertij georgicorum. Aut illaudati nescit busiridis aras. ) & qđ  
 minister diomedes .i. diomedis bistonij trachiae regis: ausit inter  
 seua stabula in quibus scilicet homines equis epulandos propo-  
 suit. Nam diomedē thrachiae regem dirum ac sanguinarium homi-  
 nem: qui equos suos aduenarum carne in tyrida thrachiae oppido  
 pascebat: Hercules quoq; occidit: eumq; iumentis suis epulandum  
 apposuit. Seneca. Quid stabula memorē diri Bistonij regis! Fuit  
 etiam diomedes ætholiæ rex thidei & deiphile filius: græcorum se-  
 cundū maronem fortissimus: de quo hic nō loquitur). Regina sci-  
 licet maxentij vxor clemētior ipso crudeli virto dixit: o virgo cha-  
 rissima aut clarissima: quæ fortuna: id est quis casus: quæ aduersitas  
 rededit: id ē impulit te in has tenebras! Cur es tu sepulta: id est im-  
 merita: tali erumna & tanto horrore! Quis supple est iste tuus deus  
 qui iussit: id est voluit aut præcepit: te pati id est vt tu patiaris tam  
 tristia vincla: id est vincula: cur o miseranda: id est digna misera-  
 tione (quia puella seducta secundū opinionē reginæ) vis perdere  
 istis cruciatibus: foelices id est lætos annos terrenæ iuuentæ. i. iuue  
 nilis etatis! Ad quam scilicet reginā: virgo scilicet catharina: sub-  
 ridens id est parum ridens ait: oculis leuatis .i. leuanis oculos cum  
 voce: id est simul aspexit & allocuta est eam dicens. Vestes infectæ:  
 id est tinctæ: murice id est purpura fulgenti: patiuntur ante: id est  
 prius: ignes rapidos. i. ardentes rapaciter: in supple cadis: id est ca-  
 cabis & id genus vasis: ahenis. i. aereis (aliquādo alienum pro vase  
 æreo per se ponunt poetæ. vt habetur in primo æneidos. Littore  
 ahenæ locant alij. Est autem deductū a nomine æs æris: a quo fiunt  
 aereus aeneus: & diuisa diphthongo aenus. sed vt noscatur diuisio  
 facta interponitur h. & scribitur ahenus: et inde ahenus aliquādo  
 fit ante dico q̄ habeant celebres vsus: id est q̄ sint in celebri vsu: &  
 ferantur in thalamos regum. Aurum soluitur: id est resoluti: prius  
 in riuos: id est funditur prius in fornacibus accensis: & vapulat. i.  
 percutitur multo iictu: prius q̄ accipiat gremio: id est receptaculo:

Busiris

Diomedes  
bistoniusAes & ide  
deducta

II. et F. 11. Baptiste Mantuanus

capaci: id est multum capienti: dum scilicet patera aut patina ex eo  
fit: epulas suaves: & vina supple suauia. Farra. i. quis grana: subi-  
guntur. i. flagellatur aut trituratur: ante id est prius multo verbere:  
id est crebro flagello: q̄ sunt colonis alimenta: & supple eodemodo  
mens humana: pressa sub inerti. i. segni & ignuo pondere: sui car-  
ceris. i. corporis. Nam fm ciceronē in de somnio scipionis: vt ibi  
dem mactrobi⁹ docte declarat: corpus nostrū quod græce σῶμα  
dicitur: est quoddā σῶμα: id est sepulchrū & carcer. Et quia carcer  
est: dicit apostolus ad romanos. vii. Infoelix ego homo: quis me  
liberabit de corpore mortis huius? & mēs humana latitās: in mole  
caduca. i. fragili: terrae. i. terreni corporis: non fortitur æternos ho-  
nores nisi per luctus mundi & p̄ supplicia lamēabilis æui. i. lachry-  
mos levitatem: quia cōtagia. i. cōtaminationes ex contactu: fecis luteq;  
id est terrenē: hoc est terreni corporis macule: nō possunt abradi. i.  
purgari aliter q̄ supple per tribulationes. hæ. i. huiusmodi artes. s.  
in aduersitate & luctu versari: refecat. i. amputat & recidunt (nisi le-  
gas referat. i. dissoluūt) sordes imbibitas. i. concretā. (Vnde maro  
libro. vi. Q uin & sup̄mo quū lumine vita recessit. Non tamē omne  
malū miseris nec fūditus oēs Corporeæ excedūt pestes: penitusq;  
necessæ est Multa diu cōcreta modis inolesceremiris) labē & sordes  
receptas animo: quia vitia corporis nō polluūt animū nisi recipi-  
antur ab eo. i. nisi cūsentiat. Nec p̄ & nō o regina si cura veri boni  
scilicet æterni: & si cora salutis ppetuæ est supple tibi: voluptas nō  
fallat. i. caue ne fallat te: quia ipsa voluptas ingreditur semper sub  
blanda imagine. i. blandicias habet & illecebras in: ingressu suo: &  
præfert. i. pponit & obicit ijs quos allicere tentat: succos nardi. i.  
liquore nardi vnde fit vnguentum preciosissimū: vnguenta supple  
alia q̄ ad olfactum pertinet: & mellifluos. i. dulcissimos quasi melle  
fluētes sapores: qui ad gustū spectant: & applaudit. i. arridet: assen-  
tatur amico vultu. Sed nihil est supple in voluptate sine fraude ve-  
nena latent sub melle. i. dulcediney oluptatis: q̄ sup. venena postq;  
tu imprudēs biberis: illa scilicet voluptas: læta dolis. i. quia dolū &  
fraudē tibi fecerit: fugit repente: & virus. i. venenū: hoc est consue-  
tudo lubrice viuendi aut amaritudo poenitētiae quæ voluptatē se-  
quit: manet in fixū sub pectore. Dic vbi supple sint: nunc ille sup.  
mulieres nobiles. i. heroïdes de quarū plurimis sunt epistole ou-  
diane (scies lector ille ipse iste etiam in foeminino genere nō habere  
diphthōgon: sed pducī ex quo sunt diphthōgatis similes voces)  
quarum criminā. i. libidinū: vulgata. i. publicata & acta theatris. i.

publicis spectaculis: ut in scænis tragediarū & comediarū: cōcul-  
cant. i. pessundat probitatē. i. pudicitā: & adigunt. i. appellūt cor-  
da humana studijs mortiferis. i. ad studia mortifera. s. veneria aut si  
scriptū est abigunt: dic abigūt. s. a recto statu mortiferis studijs. i.  
p studia mortifera. Ob hanc aut causam augustin⁹ & reliqui sancti  
scenicas meretriculas: & fabulas ob scena exponētes castis animis  
prohibuerūt. Ille inquā videlicet briseis. i. brisei filia quæ a græcis  
capta achilli in sorte in venit: a quo plurimū amata & polluta fuit:  
sed postea abducta chriseide ab agamēnōne rapta & itidē polluta:  
vnde ira illa ciuus in principio iliados meminit homerus Elissa. i.  
dido quā vergilius in quarto ænei. dicit ab ænea pollutā. Phyllis a  
demophoōte decepta & violata: ob quod se suspēdit & in arbore  
conuersa fabulatur: & oenone nymphæ et paridis seu alexādri pri-  
amidæ dum oues pasceret amica. Sappho puella luxuriosissima &  
lyrici carminis a se dicti perita. Chriseis: chrisē sacerdot[em] apollinis  
filia: & cum briseide capta q̄ agamēnoni in sortē cessit: & ab eo vio-  
lata: donec a patre repetita: et per pestē ab apolline græcorū exer-  
citū immissam eidem restituta est: & helle phrīxi soror quæ super atie-  
tem aurei velleris transfretare conata: submersa hellesponto nomē  
dedit. Tyndaris id est tyndari filia: saltem putatia: quia iouis di-  
citur fuisse: scilicet helena a paride rapta: & mater tyndaridos: scilicet  
lede ab ioue in specie cygni (vt prius dixi) polluta: & medea col-  
chorum regis filia et ab iasone cognita et abducta sed postmodum  
deserta: & pasiphae solis filia & minas vxor: quæ tauri candidi cō-  
cupiscentia flagrans: dedali freta artificio: in lignea vacca clausa  
ab eo subacta est. Atq̄ cleopatra ultima regina ægypti: a Iulio cæ-  
sare & Marco antonio triuiro: alijsq; polluta existens: graue de-  
decus: id est de honestatio: domus id est familiæ seu progenie meæ  
quia fuit catharina de stirpe regia: cleopatra aut regis filia & vxor  
donec ab augusto in actiaco bello erat superata omnes supple iam  
dictæ mulieres: vt. i. postq; duxere breues. i. paucos ånos in feedis  
id est libidinosis sordibus: venere id est descēderunt: ad lacus sty-  
gios id est infernales: & sub umbras terræ: vbi scilicet sunt tenebre  
palpabiles. forma id est formositas: voluptates & opes. i. diuitiae  
et gloria regni nō valuerent. i. nequiuertunt sequi dominas: id est quæ  
eas in vita possederat. nulla disparitas id est differētia est animis (tā  
anima q̄ animus secundū vallam in datiuo & ablatiuo pluralibus  
animis facit: & ita potest hic ab ytrouis deduci) id est spiritibus ho-

Briseis

Elissa  
PhyllisOenone  
Sappho  
Chriseis

Helle

Helena  
Leda  
Medea  
Pasiphae

K iiiij q̄ 100

F Baptiste Mantuani

tinum: post funera: id est mortem: nisi supple ea quam disparitas  
morum inducit dum vescimur aura: id est dum viuimus respirando  
quasi dicat anima formosam ac nobilis non esse formosiorum nec no-  
biliorem q̄ abiehti de plebe: si mores non habuerit meliores. O re-  
gina si fas sit cernere lates aethereos: id est mansiones coelestes & li-  
mina diuum: id est diuorum: hoc est sanctorum in coelestibus taber-  
nacula: omnis amor vitae mortalitatis: occidet id est corruet & in ni-  
hilum redigetur. (Ab ob & cado media breui) et ultra: id est postea  
q̄ semel viderimus gaudia coelorum: nulla dies: id est nullum tem-  
pus: posset abducere: id est auocare aut abstrahere a contemplatione  
coelestium: varijs curis: id est per varias curas: mente afflatam altius:  
id est interius & profundius: aut ab alto: diuino numine: id est visi-  
one diuinitatis. Nec pro & non: et deus non voluit viam: id est ac-  
cessum esse ad sua regna nisi per multos labores. Quia oportuit  
christum pati: & sic introire in regnum suum. Vnde fm hieronymi.  
Impossibile est de deliciis transire ad delicias: vt hic quis ventrem  
& illuc mentem impletat. Nec pro & non: et deus non offert segnibus: id  
est desidibus & ociosis: sidera id est regna coelestia. Christus ipse:  
existens noster princeps: quia caput nostrum est & pater: quia spon-  
sus ecclesiae matris nostrae: admonet nos sic. i. permultos labores  
ingredi coelos: suo exemplo. i. imitatione sui. (quia coepit iesus fa-  
cere & docere. Actuum primo.) qui dedit: id est exposuit brachia sua  
principue manus: transfigeda ferro. i. clavis ferreis: & plantas. s. pedes  
supple transfigendas: & dedit latus apertum lancea. s. militis: & ipse  
christus. ipse hic & pauloante emphasis habet: soletq; a doctis poni  
vbi indocti de magnis dicunt q̄ fecerint aliquid in propria persona: vt  
rex ipse: ioue missus ab ipso. ) ipse ergo. q. d. qui magnus est non an-  
gelum misit: aut nouum hominem creauit: sed ipsum etiemes hoiem actum  
antiq; errorib;. s. idolatriae: & imersum altis. i. profundis: tenebris  
scilicet errorum: non posse reuerti ad iter coelestis patriae: & videns ho-  
minem super. colere: simulacra. i. statuas ad similitudinem deorum factas:  
& deos marmoreos: et credere. i. committere se vili ligno. i. statuis li-  
gneis q̄ antiquissimae erant: venit id est: descedit: in hos. i. nostros:  
hoc est humanos: artus. i. assumpsit naturam humanam: & abstulit  
horrendam noctem. i. tenebrositatē ignoratiæ lumine aperto. i. mania  
festo: quia erat lux vera q̄ illuminat omnem hominem venientem in  
mundum: atque collegit super. hoies vagos. i. dispersos per varias reli-  
gionum sectas: in unum callem. i. viam iustitiae & fidei: quo id est a quo:  
sancta posteritas nepotum. i. generatio posterorum: adiuta: intraret

Ipse

domos olympi. i. cœli. Sed hic Cœsar tuus. s. maritus: secut⁹: id est  
 sequens: responsa diuū. i. deorū suorum: a persephone illi significa-  
 ta: mouet arma: in. i. contra verum dēū. s. xp̄m: & trucidat. i. truci-  
 lenter occidit: multos christigenas. i. in christo regeneratos: qui. s.  
 christigen⁹: tendunt mox. i. statim: vt. i. postq: deseruere. i. dereli-  
 querunt: corpus caducū: quod. s. diu retinere non poterāt: in ignes  
 ethereos & sidera. i. in coelestes thalamos trans sidera vechi: autem  
 pro sed: ipse s. maxentius: in felix: et miserrimus: omni quo. i. toto  
 tempore vita: tā p̄sentis in qua curis angitur & mox occidet: q̄ fu-  
 turę in qua eternis ardoribus cruciabitur) mergit. i. iplicat se & ob-  
 noxiū facit graibus poenis: et pugnat more gygantum (qui pu-  
 gnasse contra deos dicuntur: et montes montibus iposuissevt iouē  
 cœlo depellerēt) vt trahat excelsos mōtes in sua pectora: nā quidā  
 gygantum sub montibus sepulti a ioue viicti dicuntur: vt encelad⁹  
 sub etna: & typhoeus sub inarime: innuit autem p̄ hoc ipsū magna  
 moliturū contra fortiores et iustiores: vt pote contra constantinum  
 & ita montes. i. potentias eorum in sua pectora trahet: quia succū-  
 bet: aut per mōtes: sanctos martyres cōtra ip̄m staturos significat  
 hēc autē diua catharina aut ab angelo didicisse putanda est: aut spi-  
 ritu p̄pheticō nosse: iuxta id quod dicit⁹ est. Cū steteritis āte reges  
 et p̄fides: nolite cogitare qualiter respondeatis: dabitur enī vobis  
 in illa hora quid loquamini: nō est ergo vero dissimile q̄ futura de-  
 nunciat cū angelo conuersata & spiritu sancti plena virgo. Itē cō-  
 sulit. i. consilium petit nunc delubra. i. templa: iouis casij. s. et exta  
 nocturna. i. tempore nocturno disquisita et oblata per magicā artē  
 quę noctu fieri solet: et promittit sibi sceptrū. i. regiam dignitatē:  
 & ambit. i. ambitiose cupit et petit regna tarpeia. i. romana: quia  
 tarpeiam arcē seu capitolium romani principes tenebant: et sperat  
 succedere patriignauo. i. ad regnandū inutili. Nauus seu gnauus Nauus  
 secundū quosdā a nauibus dicitur quibus multum et cito transue-  
 hitur: vñ nauare operam est quasi nauib⁹ eam cito et copiose p̄sta-  
 re: est ergo gnauus ad officium suū diligēs & vtilis: contra ignauus  
 tardus et inutilis: sic max imianus herculeus: qui vt ocio fruerēt de-  
 reliquerat regni gubernacula. O curae fragiles. i. circa rem fragilem  
 et facile impedibilem: o libido dominandi insana. i. in homine isa-  
 no existens: Quod lachrymas dabit illa dies nuribus latijs. i. vxo-  
 ribus filiorum: matronarū latinarum: et quot funera et quot cedes:  
 id est occisiones & (si ita dicam) mortes: dabit romæ. illa dico dies  
 cum. i. in qua principes. s. constantinus dignior ipso. i. maxentio:  
 missus ab occastu: quia a massilia q̄ est in prouincia gallie qui feret. i.

Nauus  
Nauo.  
Ignauus

F Baptista Mantuani

portabit insignia christi. i. crucem: et hoc aquilis q̄ erat insignia regum romanorum: eo q̄ aquilam auspicio romana cōdita dicit: obmissis. i. abiectis: pliaturus enim cōtra maxētiū: nōdū christianus: crucē vidiſſe legitur ac vocē angeli accepisse dicētis ei. Constantine i hoc signo vinces: quāobrē aquilas cū cruce cōmutauit. gubernabit solus: expulsis. s. maximiano. maxentio et maximino ac licino: latissima regna. i. totū imperiū romanū: & ipse potitus ipero: auctore christo extolleſt leges christi quas siluestro papē cōprobauit: & nō nullas constituit: ad astra. i. ad sumā dignitatem & venerationem. Vir. i. maritus tu⁹. s. maxentius: ferox. i. crudelis: capiet arma: sed corruet. i. concidet & occidetur: marte sinistro. i. bello existēte ei ad uero. et rapietur ad tristes ymbras erebi. i. inferni: loci obscuri (Bene scribit absq; aspiratione) Quare age. i. agedum. adhortādi ad uerbiū: o regina ne luge pro ne lugeas (quia ne potius optatiū q̄ imperatiuo iungitur ab oratoribus vt docet Laurentius valla. Poeta tamen etiam imperatiuo modo quem cum ne prohibitiū dixerō iungunt: vt Terentius ne nega. Vergilius. ne sequi magna scerdos. Statius. Ne pete dardaniam fruſtra theti mergere classem) nostros dolores: id est meos & reliquorū christianorum: sed magis id est potius erūnas. i. aduersitates ac euersionem: et damna tui mariti: formidanda: quia eterna & dāna tuę prolis: et stragem. i. cumulum prostratorum & occisorum: tuorum. s. notorum et necessariorum ac familiarium Nā si. i. tametsi ego sum pressa paulū: id est modicum: corpore afflito. i. tormentis affecto: tamen nil est flendum mihi me. Iste carcer parturit. i. generat et acquirit mihi sidera. ista tormenta faciunt sup. me beatam. et finis. s. tormentorum adeſt: iā id est statim aderit: propter certitudinem enim et breuitatem tēporis: vt titur presenti pro futuro: lucifer. i. nuncius lucis. s. aeternae: ortus. i. qui iam ortus est. i. citissime orientur. terminat. i. finit. noctem: id est tēpus tenebrarū p̄sentis. seculi & facies clari olympi aperitur sup. mihi. hoc est iāiam euolatura sum per tormenta ad eternā lucē.

Sic ait. auditas quasi quædā oracula voces

Cum duce Porphyrio voluens regina sybillā

Cœlitus afflatam nec verba humana sonantem

Aestimat: & paucis sic est affata puellam.

Credimus o virgo coeli te arcana tenere:

Nec te tanta pati nec te sine numine farī.  
Credimus & christo tecū: volumusq; salutis  
Participes tantæ fieri.clarescere Christus  
Incipit: & totū late regnare per orbem.  
Omnia christus habet: rubet omnis sanguine tellus  
Innocuo.memini Romæ vidisse gregatim  
Christigenas duci: & quosdā periisse ferarū  
Morsibus: & quosdam gladiis: & in flumine quosdā.  
In mare complures:fodienda ad marmora missos.  
Flumina:terra:fretum:fuso sacrata cruento  
Numen habent christi:debētur & omnia christo.  
Vidi ego Cæciliae poenas: & flebile sanctæ  
Funus Anastasiae vidi:Euphemiaq; dolores.  
Tyburti fratrīq; necem.Crudelia nobis  
Vulnera Chrisogoni veniens narravit ab Istris  
Nuncius: & fateor lachrymæ cecidere repentes.  
Hippolytus laniatur equis.laurentius ardet.  
Nec superare virum flammæ neq; ferrea possunt  
Verbera:sic emitur cœlum:sic inuidus orchus  
Vincitur: & nulla esse potest victoria maior.  
Iam mea terruerant crebræ corda intima mortes.  
Et tanta horrebat passim lamenta:virumq;  
Sæpius increpui:verum furibundus & atrox  
Nec seruare modum:miseris neq; parcere nouit.  
Viderit ipse suam sortem:Nos castra subimus

Christe tua: & post hac tua numina sola sequemur  
 Pauca pati satius: brevibusq; æterna parare  
 Gaudia suppliciis: qdum fugientia frustra  
 Complexi bona conamur tenere labore  
 Perdere: & infernos demum descendere ad amnes.  
 Sic ait. & rubro surgebat ab æquore fulgens  
 Lucifer: & Casum rutilans aurora cacumen  
 Luce colorabat crocea. Regina comesq;

Porphyrius fletu madidi rediere per umbras.

**C**Sic ait. Hec est responsio reginae christianam se confitentis & fidem approbantis. **O**rdo est. Diua catharina sup. ait. i. dixit hoc est finiuit orationem sic vt dictum est. regina voluēs. f. animo hoc est repetens et considerans cū porphyrio duce: voces. f. catharinæ auditæ: quasi. i. tanq; quædā oracula. i. responſa diuinitus data esti mat. appreciat aut extimat. i. censem et iudicat: sybillam. i. vnam e virginibus diuinam mentem scientibus: vnde addit afflatam. f. nomine spiritus diuini coelitus. i. de caelo: nec. i. & non: et non sonantem verba humana: sed sup. diuina: (Noris lector sybillas secundū marcū varronē in libro diuinariū rerū ad cæfarem pontificem maximum. appellatas omnes vates foeminas: vel ab vni<sup>o</sup> delphidis nomine: vel a diuinis consiliis per eas enunciatis. Veteres enim græci eolice deos συνούσι dixerunt: et βουλὴ consilium est) & affata. i. allocuta est puellam. f. catharinā paucis sup. verbis. O virgo nos credimus te tenere. i. perspicere aut nosse: arcana. i. secreta coeli: nec id est & non: credimus te non pati tanta sup. tormenta: nec fari. i. loqui sine nomine. i. inspiratione diuina: nos credimus et id est etiam christo: tecum id est vt tu. et nos volumus fieri participes id est habere partem: tantæ salutis. f. æternæ. Christus ictipit clarescere id est clarus haheri: et regnare late per totū orbem. christus habet. i. posset omnia: id est omnes regiones: omnis tellus: id est terra: rubet innocuo sanguine. f. christigenarum martyrum christi. ego memini: id est animo repeto: vidisse: id est qdum viderim (frequentius tamen præsenti itū: ut sic meminiv idere) rome: christigenas duci gratiam: id est per greges: vt ducuntur pecudes ad occisionem: & memini quosdam periisse morsibus ferarū: id est expositos esse bestiis

dilaniandos ut sint spectaculo romanis. Id enim de noxijs fieri solebat. & quosdā perijſſe. i. vitam cōsummasse: gladijs id est decollatione: quosdā perijſſe in flumine scilicet dulci: & cōplures missos in mare: & ad marmora fodienda. eiusmodi enī poenae & mortes sunt romanis legibus prescriptæ. (Aduerte posse etiā dici: quosdā perijſſe in mare: quia etiam mare in ablativo reperitur. teste Prisciano ut in rudēte plautus. dicant in mare cōmuni captos &c.) Flumina terra: fretum. i. mare: sacrata crux. i. martyrū: fuso id est effuso: habent numen: id est presentiā diuinitatis christi: & omnia debentur christo. Ego (inquit regina) vidi poenas: id est tormenta Cæciliæ virginis & martyris (quā tamen chronicarij multo ante passam: ut potestate tempore urbani dicunt) & vidi funus anastasiae martyris: scilicet flebile: id est dignū fletibus. Erat enim illustrissima matrona & potentissimi romanorū ciuium vxor: quæ post longā incarcerationem cum ducentis viris & septingētis foeminiis ad insulas palmarias relegata post varia supplicia illuc igni tradita dicitur. unde si veri sunt chronicarij eius funus non vidit saltem romæ. Alijs tamen placet eam romæ martyrium compleuisse. Et vidi dolores euphemiae virginis & martyris: sed si verū est quod supplementum chronicarum inscribitur: euphemiae dolores etiam non videntur: quia in asia post catharinę martyriū innumera tormenta perpeſſa dicitur. Et vidi necem: id est occisionē Tiburti pro tiburtij equitis romani & fratribus supple eius: videlicet valeriani sponsi diuæ Ceciliæ: itaq; neutrius morte viderit si quicq; supplémento credimus. verū maior est mihi in hac re auctoritas auctoris nostri: qui horum meminit eo q; romani fuerint. & nuncius yeniens ab istris: id est accolis istri fluuij: qui & danubi dicitur: narrauit nobis crudelia vulnera chrysogoni martyris. (Is enim e primoribus romanis pro christi fide in carcere positus & ab anastasia nutritus: tandem ad diocletianū vocatus cum fidem constâter predicaret decollatus est. & fateor lacrymæ tepentes: id est tepidae: hoc est subcalidae cecidere supplex oculis meis. Hippolytus martyr ille laniatur equis: quod & nomen indicat. Nam hippo dicitur equus: & lyo soluo seu lanio: qđ nomen theſei filio ab equis dissoluto prius inditum erat. Erat autē hippolytus patritius romanus: post varia martyria ab equis indotitis distractus & dilaniatus a valeriano prefecto iussu deci⁹ tyrāni Laurētius ardet in cruce positus scilicet: nec flammæ id est ardore⁹ ignis: nec ferrea id est durissima verbera. i. flagella possunt superare virum scilicet laurentium in fide persistentem. coelum emitur sic. i. talibus tormentis: orches id est demon infernalis: inuidus (quia in-

Cæcilia

Anastasia

Euphemia

hippolyt⁹

uidia diaboli mors introiuit in orbē terrarum) vincitur sic: & nulla  
est vīctōria maior. crēbrē mortes. s. martyrū: terruerant iā. i. ab illo  
tempore: mea intima corda. & ego horrebā passim. i. per singulos  
fere passus tanta tormenta: & increpaui. i. reprehēdi fēpius virum:  
id est maritū meum. similia faciētem: verū. i. sed ipse furibundus et  
atrox: neq; nouit seruare modū neq; parcere miseris. I pseviderit. i.  
attenderit: suā sortem: id est quod sortietur pro tot malefactis: nos  
o christe subīmus tua castra. i. cōfugimus sub tuā militiā: & pro. i.  
sequemur posthac: id est post hoc tempus sola tua numina: satius  
id est melius & salubrius supple est pati pauca: & parare. i. compa-  
rare seu acquirere aeterna gaudia brevibus suppliciis: q perdere la-  
borem. i. inuanū laborare: dum nos cōplexi: i. amplectētes frustra:  
bona fugientia conamur retinere supple ea: & q supple descendere  
demū. i. tandem post vitam breuē: ad amnes. i. lacus: infernos id est  
infernales. sic ait scilicet regina: & lucifer. i. stella solem p̄cedēs &  
lucem ferens: fulgēs surgat ab æquore rubro: existētibus scilicet  
alexandria: & aurora rutilans colorabat luce. i. splēdore: crocea. i.  
crocei coloris: cacumen. i. summitatē: casium. i. montis casij: & re-  
gina et porphyrius comes. i. comitās: madidisfletu: redire per ym-  
bras: ne scilicet accusarentur.

Nona dies aderat: turba skipante tyrannus

Affuit: at decima subierunt moenia luce

Rhetores accīti verborum ambage parata.

Arduus ad leuam portum subeuntibus alta

Rupe locus surgit phariæ contrarius arcī

Vnde licet totam claris prospectibus urbem

Subiectasq; rates sinuosaq; littora portus

Et procul in ciprum fluctus spectare natantes.

Hic fuit antonī cum iam cicerone perempto

Victus ab augusto ciuilia poneret arma

Regia: mox iterum renouata in littore pugna

Fractus in has fugit latebras: noua moenia cæsar

Nicopolim dicens statuit: monumētaq; victor  
 Inclita pelleis posuit contermina portis.  
 Hic igitur positis amplissima sedibus aula  
 Cingitur aulais: longo velamina tractu  
 Accipit & picto paries vestitur amictu.  
 Hic ninus & coniunx sexum mentita virilem  
 Coctilibus muris babylona semiramis ambit.  
 Assyri reges persæ mædigi sequuntur.  
 Hic cyri genus & pugnæ funusq; cruentum.  
 Et thamiris vultu scytha regina superbo  
 Sanguineum regis caput insertabat in utrem.  
 Id quoq; subscriptum grajs epigramma figuris  
 Debita sanguineo mors sanguinolenta tyranno.  
 Hic iouis & semeles gangetica filius aria  
 Vastat: & imbelles inuoluit cædibus indos.  
 Miles alexandri longinquum nauigat æquor:  
 Diues & emissis petitur taprobania mergis:  
 Namq; polus gemina qui circuſcribitur arcto  
 Occidit: & gelidos illic non porrigit ignes.  
 Sidera sunt illi nobis incognita coelo  
 Quæ diuersa creant illis animantia terris  
 Diuersosq; hominū mores aliumq; colorem.  
 Quando dies illis oritur densissima nobis  
 Nox filet: & medio voluuntur sidera lapsi.  
 Huc igitur romana cohors cum rege latino

F. Baptista Mantuanus  
Septaq; multipli regina sa tellite venit  
Certamen visura nouum; & sine nomine turba  
Plurim a. Substratis aurata tapetibus alto  
Fulget sella loco: quam vix Maxentius ostro  
Splendidus & gemmis late rutilantibus intrat.  
Quinquaginta acres animis linguaq; diserti  
Rhetores ad leuam positum ascendere tribunal.  
Pellitur e medio vulgus sedere latini  
Ad dextram proceres, lagide tenuere sinistram,  
Ordinibusq; silent completa sedilia longis.  
**C**Nona dies aderat. Describit redditum regis: aduentum rhetorū: reductionē catharinae: preparamenta ad futurā cum eadē disputationē. Ordo est. dies nona: post profectiō scilicet regis: aderat: & tyrannus scilicet maxentius affuit turba stipante. i. dense concomitante. At. i. sed rhetores acciti. i. accessiti & aduocati: subierunt. i. intrauerunt moenia: luce. i. die decima. & hoc ambage verborū. i. ornate ambagibus & verbos inuolucris constāte: parata. i. premeditata: vt in virginē dicatur locus cōtrarius. i. aduersus & oppositus arcis: id est turri phariae surgit arduus in alta rupe: existens subeuntibus portū ad leuam. i. sinistrā manum: unde. i. de quo loco: licet. i. permittitur & datur spectare procul. i. de longe claris prospectibus. i. visionibus prōspicientiū: totam virbē. s. alexandrīnā: & rates subjectas. i. in inferiori loco positas: & littora portus sinuosa. i. multos sinus & curuaturas habentia: et fluctus natantes. i. profuentes in cyprum insulā illam veneri sacram: hic id est hoc loco fuit regia. i. habitatio: antoni pro antonij: scilicet triuiri qui cleopatrā reginā vxorē duxerat: cum ipse vicit ab augusto cæfare: scilicet octauio poneret. i. deponeret ciuilia: id est quibus in ciues abusus est arma: & hoc Cicerone iam perempto: & pugna renouata iterum mox. i. statim post in littore: ipse fractus. i. confectus prelio fugit in has latibras: cæsar s. augustus statuit supple ibi: noua moenia. i. nouam virbē: dicens. i. appellās eam nicopolim. i. ciuitatē victoriæ: & ipse victor posuit inclyta. i. gloria & clara: monumenta. i. testimonia victoriæ suæ: cōtermina. i. confinia: portis pelleis. i. alexandrinis ab

alexandro pelleo struttis. Igitur quia locus congruus fuit: ut potest  
 arduus et vicinus: Aula amplissima: cingitur. i. circundatur: auleis  
 id est tapetibus penilibus: & hoc sedibus positis: id est dispositis:  
 & paries accipit velamina. i. cooperturas intextas: longo tractu: &  
 amictu picto. i. depicto aut acu aut penicello. Hic. i. in hac textura  
 seu pictura auleorū erat sup. minus assyriorum tex & semiramis cū  
 iunx ipsius nini: mētita. i. simulans sexum virilem. i. fingens se es-  
 se virum. i. filium ninū cuius erat simillima: ambit: id est circundat  
 & cingit: babilona. i. ciuitatem illam in caldea nominatissimam in  
 qua turtis confusionis erat & declinatur hec babylon cuius accusa-  
 tius hanc babilona: muris coctilibus. i. ex latere coctili hoc est co-  
 &to factis (Vnde Semiramis nini magni assyriorum regis vxor &  
 Nini secundi mater: cum mortuo marito adhuc iuuenula eset: &  
 vnicum filium suum adhuc impuberem regno immaturum cense-  
 ret: se pro illo gessit: caput tyara tegens: & brachia & cura alijs inte-  
 gumentis per que ne in suspicionem veniret: iussit vt totus popu-  
 lus similiter ornatius incederet: sicq; se filium cui simillima erat facile  
 simulās: multas res egregie gessit: imperium auxit: & babilona (vt  
 quidam volunt) in ninæ virbis a nino conditæ emulationem condi-  
 dit: vt alijs placit ampliavit & muris coctilibus cinxit. rādēq; que-  
 nam eset cōfessa regnum nō amisit: sed admirationem auxit: quæ  
 postea filii concubitum petens ab eodem interempta est: cum eset  
 annorum lxij. & regnasset annis. xij. (Regis assyrii perle & medi se  
 quuntur id est ex ordine in pictura illorum velamentorum ponun-  
 tur hic supple ponitur genus: id est progenies cyri. i. a cyro primo  
 persarum rege descendēs: qui astyagē auum expellens regnum me-  
 dorum in persas transtulit ac ciuitates multas vnam babilone de-  
 uicit. Cr̄sumq; lydorum regem ditissimum superauit. Cūq; asiam  
 totumq; orientem subiugasset scythas etiam bello adort⁹ est: quib⁹  
 tum Thamyris seu vt hic habetur thomyris regina perat: filiumq;  
 reginæ omnemq; exercitum eius primo prælio victum obtrunca-  
 uit: quam rem ægrefterēs vt iustum erat mater in montibus insidias  
 locauit: ad quos cum p̄ timore fugisse cyrus censeret atq; in sequere-  
 tur: eum cum ducentis militibus cepit ac obtruncari iussit: caputq;  
 obtruncati in utrem hoc est saccum ex corio sanguine suorum ple-  
 num inseruit dices. Sume Cyre quem sitisti sanguinem: sicq; sepul-  
 tum epitaphio in textu in latinum verso notauit. Ordō igitur  
 est. Hicerat genus cyri. & funus cruentum pugnæ id est cruentū  
 sanguine pugnatorū: & thomyris seu thamyris regina scythæ &  
 massageterum: supbo vultu. i. habens vultum propter victoriam

Semira  
mis

Cyrus.

Liii

de cyro superbū: insertabat caput regis. s. cyri in vtrē sanguineū  
 id est sanguinolentum: & sanguinis plenum. Et id epigramma. i.  
 epitaphium erat sup. subscriptū: figuris. i. characteribus graīis: id  
 est grecīs. Mors sanguinolenta. i. sanguinis plena: debita sup. est  
 tyranno. s. feroci regi cyro sanguineo. i. sanguinis sitienti & effuso  
 ri assiduo. Hic. i. in hac parte aut in alia parte auleorū filius iouis &  
 semelēs. i. bacchus: vastat: id est destruit et vasta. i. valde ampla &  
 sine domibus facit: arua gangetica. i. orientalia ac indica ad q̄ gan  
 ges fluit et inuoluit. i. implicat cedib⁹. i. occisionib⁹: hoc est oc  
 cedit: indos imbelles. i. belli imperitos atq̄ infuetos. Miles alexan  
 dri. s. magni: hoc est exercitus ab eo missus existens diues: propter  
 spolia indorum: nauigat equor: longinquum. i. valde remotum: &  
 pro. i. Taprobana insula illa: petitur nauibus: & hoc mergis id est  
 aubus ab emergēdo dictis: emissis q̄ quia sepe merguntur submer  
 sione nauium portendere putantur. Vnde Persius saty. vi. Iāq̄  
 obuia mergis Costa ratis laceræ. E contrario cygni quia nunq̄ mer  
 guntur saluationi nauium augurio sūtv tænei. i. A spice bissenos le  
 tantes agmine cygnos. vbi seruum videto. Emisi ergo dicuntur  
 hic mergi propter periculosissimam nauigationem. Nā vt Strabo  
 libro. xv. attestatur. Taprobanen insulam distare dicūt ab austra  
 lissimis partibus q̄ sunt apud Cōiacos meridiem versus septem die  
 rum nauigatione. Oniscritus vero eam a continentē distare dicit  
 xx. dierum nauigatione: sed naues velorum vitio male nauigare.  
 Norit autem grammaticus q̄ grēce in eexeunt apud nos metri cau  
 sa in a sepe verti: vt hoc loco taprobana cum grēce taprobane di  
 catur mutando h̄ in e longum. Periculosam autem nauigationem  
 poeta significat propter amissionem poli arctici qui illinc non cer  
 nitur dicens. Nanq̄ polus qui circunscrifit gemina arcto. i. vtraq̄  
 vrsa & maiore & minore: occidit: id est occultatur: & non porrigit  
 illic ignes. i. splendorē gelidos. i. e gelida regione videlicet septē  
 trionali ortos. Sidera sunt illi cœlo. i. illud cœlum habet: sydera in  
 cognita nobis: q̄ creat illis terris diuersa animantia: & diuersos mo  
 res hominum & alium colorem. & nox densissima. i. tenebrosissima  
 silet. i. silentiū facit nobis: quādō dies oritur illis: & sidera volvunt  
 sup. tunc nobis medio lapsu: id est tunc media nox est. Igitur co  
 hors romana venit: id est accessit: huc id est ad hanc aulam vbi ta  
 lis pictura in auleis erat: cū rege latino: id est romano scilicet maxē  
 tio: & regina. s. maxentij vxor: scepta. i. circundata multiplici satel  
 lite: id est multis ministris venit huc: visura: id est vt videret nouū  
 certamen scilicet virginis cum tot rhetoribus: & plurima turba sine

## Taprobāe

nomine: id est ignobilis & cuius nomina ignorantur: venit supple  
huc visura nouum certamen. Sella id est sedes quasi seda aurata .i.  
auro tecta: fulget alto: id est in sublimi loco: & hoc tapetibus: id est  
stramentis pedum substratis: quam sup. sellam maxētius itrat vix  
id est cum difficultate: existens splēdidus ostro: id est pupura & gē  
mis: id est lapillis prēciosis vtpote margaritis: rutilantibus: id est  
resplendentibus late. Quinquaginta rhetores existentes acres ani-  
mis: & diserti lingua: id est docti & facūdi: ascendere tribunal: id est  
sedilia sublimia vt solet esse tribunal: positum ad leuam: id est fini-  
stram regis: vulgus pellitur e medio (graphice describit impetuosi  
tatem vulgi et eius exactionem) proceres: id est primores: latini se-  
dere ad dextram lagidae: id est nobiles egyptij ab lago progenito-  
re catharinæ orti: tenuere sinistram, & sedilia completa longis ordi-  
nibus silent: id est post q̄ omnes confederunt silent.

Ingreditur virgo tanti certaminis auctor

Quam circum magno Nasamon strepit agmine lictor

Gens fera gens imanis agens ex æquore prædas

Dum miseros aquilo lacit in yada syrtica nautas,

Splendida lucifero similis Catharina nihilq;

Extenuata fame & roseo spectabilis ore.

Nam deus vt sœui torqueret pectora regis

Illius ambrosia vultum frontemq; comasq;

Tinxerat & totam cœlesti afflauerat aura:

Iussa sedet. trabs alta ligat pendentia pugna

Præmia: stant versis arrecti vultibus omnes.

Cuncta silent: regis nutu data copia fandi.

Talia tum primus sumpsit primordia Rhetor.

Maxime romulidum Cæsar: quem Iuppiter vnum

Deligit: immensi cui sint consortia regni.

Non ego dicendo laudes æquare deorum

Posse Puto: neq; enim fas id mortalibus ullis.  
Sed ne tanta leues verbosa licentia lingua  
Inflet ut in superos passim couiccia iactent  
Pauca loqui suasit pietas: causamq; tueri  
Cœlicolum: qui te Cæsar romanaq; regna  
Præcipuis tollunt studiis, qui barbara tandem  
Ausoniae sanctis domuerunt legibus arma.  
Maximus hic orbis gemino qui nititur axe  
Quem decorant æterni ignes: quem circuit ardens  
Lumine perpetuo Titan germanaq; phœbe  
Nil ioue maius habet, sedet alto invertice mundi  
Tartaraq; & terras complexus & æ quor & auram  
Imperio æterno regit: omnia luppitet implet:  
Omnia mente gerens animo procul aspicit omne  
Tempus: & incumbens cubito vigil excubat: ipsi  
Nulla quies & summa quies: ab origine factum  
Seruat opus: semperq; nouis noua corpora formis  
Suscitat: ex astris animis vitalibus haurit  
Quas in membra pluat: mox vitæ munere functas  
Euocat ad cœlos iterum. post tempora soli  
Nota sibi rursum emittit rursumq; reducit.  
Hoc opus est quod fine caret: sed summavoluptas  
Ipsi operi coniuncta quies æterna vocatur.  
Ipse sibi tantæ molis ne solus habenas  
Flecteret ut tanti facerent cœmnia regni

Gaudia progenuit natos: quos sustulit inter  
Sidera ut ex alto carent mortalia cœlo.  
Sic venus & pallas sic mars seriesq; nepotum  
Surgit: ut Aeneas & romæ conditor vrbis  
Romulus: & claro stellatus in ætheræ Cæsar  
Indigetcsq; alii: quorum tutela iacentes  
Mittitur in terras. Meritis pro talibus ipsi  
Cum dare nil melius possint: fumantibus atis  
Thura ferunt homines: onerantq; altaria donis.  
Templa locant: tantoq; deos testantur honore  
Hinc Ephesi moles. dodoneæq; columbae.  
Hinc ammonis opus: clariq; oracula phœbī:  
Et lyciaæ sortes: & delphica phocidis antra.  
Namq; hominum miserata graues pia numina curas  
Dant variis responsa modis. instantia bella  
Insidias pestemq; monent: casusq; sinistros  
Ingruere. humanis nunq; tacuere vocata  
Suppliciis. tumidus Mœdo cum milite graios  
Opprimeret Xerxes miserantum oracula diuum  
Vincendi docuere viam. cum punica bella  
Cladibus innumeris italios romanaq; regna  
Concuterent: diuum phrygio de littore mater  
In latium transflata grauem sedasse tumultum  
Dicitur: auspiciisq; deæ vicisse latinos  
Et nedum elecisse suis de finibus hostem:

F.

Baptistæ Manruani

Sed lybicos etiam ferro flammaq; penates  
Vastasse: atq; armis birsam euertisse potentem.  
Quid referam auxilio iouis & iunonis ab arce  
Deiectam senonum gentem! & capitolia fortis  
Diuorum protecta manu! pestemq; repulsam  
Moenia cum phœbo satus atq; Coronide nymphas  
Versus in effigiem colubri romana petiuit:  
Quo sit ut impietas atq; irreuerentia diuum  
Sit scelus horrendum: & nullo delebile sacro:  
Sacrilegas odere manus: odere superbos:  
Numina. Tantalidis natos latona peremir.  
Juppiter anguipedes congestis, montibus ausos  
In superos tentare viam. curruq; volanti  
Aeolidem aggressum tonitru simulare fragorem  
Fulmine deiecit, torueq; Lyciona regem  
Induit ora feræ. nudus cute Marfy a phœbum  
Repperit vltorem, temeraria sensit arachne  
Pallada cæcropiam, mentitæ pergama troiæ  
Ira tridentiferi perterrituit Ennosigei.

**C**ingreditur virgo. Post ingressum diuq; virginis subditur oratio  
disertissima sumi oratoris ac rhetoris in qua q; gentiles pro se alle-  
gare possent: plurima cōplectitur: sed parū cōtra fidem nostrā milia  
tantia. **C**ordo est. Virgo s. catharina: auctor. i. princeps: cui<sup>9</sup> gra-  
tia omnia siebant. A duerte: quia auctor ab auctoritate cōmuniſ est  
generis cum ab augeo tñntum masculini sit: eo q; auctrix inde dica-  
tur: hinc autem dūtaxat auctor. Vnde Iuno apud Virg. Auctor  
ego audēdi & sappho apud ouidū. An nisi legiſſes auctoris nomi-  
na sapphus auctor igitur tanti certaminis: ingreditur, s. cœtum &

Auctor

coronam cōsidentium. quam circum pro circum quam strepit vel  
 quam circūstreptit nasamon. i. quiuis ex nasamonibus populis fe-  
 rocibus aphricē vt post dicetur: existens lictor. i. minister public⁹  
 iusticiæ exequendæ (qui fasces virgarum colligatarum post eū qui  
 animaduersiōnem seu punitiōnē fanguinis habebat ferebat) mul-  
 to agmine. i. cū multis satellitibus & ministris eius loci: qui supple  
 sunt gens fera: gens imanis id est impia (Nam manum veteres bo-  
 num appellabant: vnde immane non bonum aut tam magnum q  
 terrorem inferat v immania cete: & ea maxime immania dicitur q  
 magnitudine sua in perniciē nostram abutuntur) agens id est so-  
 lita agere & persequi prēdas ex equore. i. mari: cum. i. quando: aqui  
 lo. i. ventus ille impetuosis: iacit id est proīscit & impellit nautas  
 miseros (sic Maro: miseris velamina nautis: vix miserum de malo  
 reperies: sed de eo qui miseratione dignus est & mala patitur, vt fe-  
 cundo ænei. Nec si miserum fortuna sinonem Finxit: vanum etiā  
 mendacemq improba finget) invada syrtica: id est periculofissima  
 & atenarum plena sicut apud syrtes. hoc est gens ea ignaua: ex pre-  
 da naufragorum viuebat. Catharina splendida: similis lucifero: &  
 nihil attenuata fame id est. per famem et inediā tam longā: & spe-  
 ctabilis id est placita ad spectandum: roseo. i. rosei coloris: ore (Nā  
 deus tinxerat id est imbuerat: vultum & frontem & comas illius id  
 est catharinæ. ambrosia id est cælestibus odoribus & afflauerat eam  
 totam: aura id est splendore cœlesti: vt torquet pectora id est cor  
 scui regis scilicet maxētij. Sequus propriè magnus dicitur sed is q  
 pro arbitrio rem gerit nec cuiq cedit. Vnde etiam de pio ænea dicit  
 maternis stat sequus in armis. Sed forte qui alioquin piuserat: tunc  
 sequum videri illic poeta voluit hec autem inserta sunt per parēthe  
 sim. Nam ordo est. Catharina splendida. &c. iussa id est postq rex  
 iusserat: sedet: & trabs alta (tholū vocant) ligat id est ligata suffinet  
 prēmia pugnē pendentia id est suspensa rhetoribus vt animosius  
 certarent: omnes stant arresti vultibus id est faciebus versis supple  
 ad disputaturos: cuncta id est tam homines q musica instrumenta  
 silent. copia id est plena facultas ac potestas fandi. id est loquendi  
 data. i. facta est: mutu regis id est rege annuente: & capite signū dan-  
 re. Primus id est prēcipiūs rhetor: sump sit tum id est tunc talia pri-  
 mordia id est exordia: o cæsar maximeromulidump romulidarum  
 id est princeps romanorum: quemvnum Iuppiter deligit. i. de mul-  
 tis legit & destinat: cui sint consortia immensi regni ego non pu-  
 to: posse: id est q possem equare id est equiparare et assequi con-  
 digne: dicendo: id est orando & diserte loquendo (quia dicitur

Iupo. I

Manum  
Immanes.

Miser

Seuuus

Dicere

Loqui

ex arte: loquimur ex natura: ynde dicere laudare quodammodo ē)  
 laudes deorum: sed ne licentia verbosa tanta. i. tam magna: aut sit  
 nomen pro aduerbio ne duo sint epitheta sic: ne licentia verbosa  
 tanta: id est in tantum aut tantopere: inflet linguas leues. i. dicaces  
 & futiles: vt factent passim id est impune: conuicia id est contume-  
 lias et vituperia: in superos id est deos coelestes: pietas: id est pius  
 cultus et religio quam in deos habeo: suasit loqui pauca: & tueri. i.  
 defēdere: causam coelicolum pro cœlicolarum id est eorum qui coe-  
 los colunt. i. habitant: qui. s. cœlicolæ: tollunt. i. extollunt: p̄cipuis  
 id est singularibus studiis: te & romana regna. qui sup. etiā: domue-  
 runt tandem arma barbara: id est barbarorum potentias: sanctis:  
 id est in uiolandis legibus ausonię. i. italię (Iuxta quod Iustinian⁹  
 in principio institutionum suarum: imperatoriam (inquit) maiesta-  
 tem: non solum armis decoratam: sed & legibus oportet esse arma-  
 tam. quasi leges arma doment. Hic maximus orbis. i. mūdus uni-  
 versus: qui nititur: id est inititur & circūfertur: gemino: id est dupli-  
 ci: axe. i. polo. s. arctico & antarctico: et quem ignes æterni. i. splen-  
 dores stellarum indeficientium: decorant: id est ornant et quem titā  
 id est sol de genere titanū: et phoebe. i. luna: germana. i. soror phœ-  
 bi (quia vterq; ex ioue et latona genitus dicitur) circuit perpetuo  
 lumine: & id quidem secundum philosophum: qui motum cœli p-  
 petuum docuit: nil habet maius ioue: quia Iuppiter habitus est ho-  
 minum et deorum pater et rex sed ipse iuppiter cōplexus id est con-  
 tinens in alto vertice mundi: tartara. i. abyssos inferni: et terras et  
 æquor. i. mare. et auram. i. aerem et ignem: regit sup. ea: imperio æ-  
 terno (Sic venus ad iouem ænei primo. O qui res hominūq; deūq;  
 æterno regis imperio) iuppiter implet omnia. ( Sic in buco. Iouis  
 omnia plena. Et Luc. Iuppiter est quodcunq; vides: quoq; mo-  
 ueris. Et. vj. ænei. Princípio coelum ac terras: camposq; liquentes  
 Lucentemq; globum lunæ: titaniacq; astra. Spiritus intus alt &c.  
 Et Georgi. iiiij. Esse apibus partem diuinæ mentis: et haustus ethi-  
 reos dixere: deum nāq; ire per oēs Terrascq; tractusq; maris cœlūq;  
 profundum. Credebant ergo iouem esse magnam animam mundi  
 omnibus viuentibus insulam) Iuppiter gerens omnia mente: aspi-  
 cit animo. i. consideratione et prouidētia. s. procul. i. diu anteq; eue-  
 nerit: omne tēpus.. et īpe incumbens cubito. i. requiescēs: excubat:  
 id est excubias facit. æternas vigilias (quia excubare est extra cu-  
 biculum esse: hoc est non dormire) existens vigil sup. semper. Nul-  
 la quies est ipsi. s. ioui: in conseruandis & gubernandis rebus: & sū-  
 ma quies est ipsi: quia est summus et prim⁹ motor a nullo mobilis:

immotusq; manens dat cuncta moueri: & seruat opus factū ab origine. (Id sīm platonicos dicit: quia philosophus dicit mundū ab eterno fuisse) & suscitat semper noua corpora nouis formis: id est per nouas formas: & haurit. i. accipit ex astris vitalibus: id est viua citatem generātibus: animas quas pluat: id est descendere faciat: in mēbra. i. corpora terrena. (Et id quoq; sīm platonem: qui vt docet macrobius de somnio scipionis: docebat animas in cōelo creatas per varios stellarum planetarūq; orbes descendere: & inde affectio-nes suas accipere: quod reprobās diuus Augustinus docet eas nō prius creatas: sed creando infusas: & infundendo creatas) et Iup= piter euocat mox: id est paulopost (quia breuis est vita nostra) ipsas animas functas: id est pfuntas: munere. i. officio vītae: iterū ad coelos: & emittit supple eas e cōelo rursum: id est iterum: et reduc= bant enim iuxta merita: longius aut breuius animas cōelo frui. De qua re plurima disquirūtur sexto æneidos. Cum enim creationem ex nihilo negarent: totq; homines viderent: dicebāt easdem animas in corpora redire: quinetiā pythagorici dicebant animas hu= manas in corpora beluina & ecōuerlo interdum migrare. ex redditu ergo animarū putabant hominū perpetuitatem: vnde subditur) hoc opus scilicet reductiōis & euocationis animarū est quod caret fine: sed summa voluptas est cōiuncta ipsi operi: & vocatur quies æterna. hoc adjicit rhetor: quia sīm philosophū: nullum violetum est perpetuum. Ipse iuppiter scilicet ne flecteret solis habenas tantæ molis: id est ne solus totū vniuersum regeret: progenuit sibi natos id est filios vt faceret gaudia tanti regni cōmunia: quos scilicet na= tos sustulit. i. sursum tulit: id est exaltauit inter sidera: vt curēt mor= talia. i. res mortaliū (cōtra epicureos) ex alto cōelo. Sic id est ex hac generatione iouis: surgit venus filia iouis & diones: et pallas id est minerua filia solius iouis ex cerebro eius nata. sic mars etiam iouis filius & bellī deus: et series. i. tota cōgeries nepotū surgit: vt æneas filius veneris: & romulus filius martis: conditor vrbis romæ: & ca= sar scilicet Iulius ab iulo ænæq; filio originē trahens: stellatus id est in stellā mutatus aut steila clarificatus: in claro æthere. i. die medio. (Vnde in bucolicis. Ecce dionei procescit cæsarīs astrum. Cum enī Augustus ludos funebres iulij cæsarīs veneri genitrici celebraret: apparuit die medio stella aut potius cometa. Vnde ipse augustus in quadā epistola. Apparuit ipsiis meotū dierum ludis sydus erini= tum per septē dies in regione cōeli quæ sub septentrionibus est. Id

Cæsarīs  
astrum

oriebatur circa vndeциmā horam: clarumq; & omnibus terris con-  
spicuum fuit) q; pro &: alijs indigetes. i. dij nullius egētes: aut inde. i.  
ex certo loco geniti & ex hoībus facti: supple surgūt sic. i. ex cōmu-  
nicatione ioui: quorū scilicet deo; & indigetum: tutela. i. protectio  
mittitur in tetras iacētes. i. humiles. Ipsi homines ferunt. i. offerūt  
supple ioui & cæteris dijs pro talibus meritis: thura in aris fuman-  
tibus: cum. i. quādoquidem nūl. i. non aliquid: cum nō possint dare  
aliquid melius: & onerant altaria donis. i. holocaustis: & locant. i.  
struunt tēpla: & testantur: id est cōfidentur deos esse: tanto honore  
id est per tantū honore: hinc id est ex hac religione: est supple mo-  
les. i. imensa structura templi: ephesi id est dianæ ephesinæ: & hinc  
supple sunt colubæ dodoneæ: id est templo ioui dodonei vbi co-  
lumbæ. i. aegyptiæ mulieres responsa dabant: vt prius dictum est.  
hinc supple est opus: id est templum āmonis. i. ioui harenarij: vt  
etiam prius dictu est. & oracula: id est diuina respōsa phoebi clarij. i.  
qui apud clarium oppidum in finibus colophoniorū colitur: & re-  
sponsa dat. Vnde tertio æneidos. Qui numina phoebi qui tripo-  
das clarij lauros: qui sidera sentis &c. et hinc sunt sortes. i. respōsa.  
(vt in arte poetica: dictæ per carmina sortes) lyciæ: id ē quas sortes  
aut quæ responsa dat apud lyciam tempore hyemali. Nam apollo  
sex mensibus hyemalibus apud patarā lyciæ vrbum: & sex æstiuis  
apud delon dat responsa. Vnde æneidos quarto. Qualis vbi hy-  
bernam lyciam: xanthiq; fluenta deserit: ac delon maternā inuisit  
apollo.) & hinc supple sunt antra delphica: id est templi delphicæ:  
phocidis id est in regiōe phocidis iuxta heliconē. Namq; numina  
pia: miserata id est miseratione afficiens graues curas hominum:  
dant responsa varijs modis. (Iuuenalis tamen dixit: quoniam del-  
phis oracula cessant: verū tamen est responsa varijs in locis ab ido-  
lis fraude demoniorū data) & ipsa numina monent bella instantia:  
id est imminētia: sicut de aduentu gallorū romani admoniti dicun-  
tur. Vnde allocutio templū sacramentum docet Liuius: & monēt ini-  
dias: pestē: & casus simillimos ingruere. Vnde vergilius georgicoru  
primo. Sol tibi signa dabit: solem quis dicere falsum Audeat: ille  
etiam cœcos instare tumultus. Sæpē monet: fraudēq; & opera tu-  
mescere bella &c. Et numina pia vocata. i. inuocata: supplicijs. i.  
supplicationibus humanis. Sic Cato apud Salustiū. Non votis  
nec supplicijs mulieribus. Seruus autem dicit priscam pauper-  
tatem de bonis damnatorū sacrificare solitam. Vnde (inquit sup-  
plicia dicuntur supplicatiōes: quia sunt de bonis supplicia passori.

Patata

Supplicia

mūrītis

Salustius in supplicia deorū magnifici. Hinc sacrum & venerabile  
 et execrandū dicimus. quia sacræ res de bonis execrandoī fiebāt.  
 Quod tractū dicit ex more gallorum. Nam cum massilienses peste  
 laborabant vnius se ex pauperibus offerebat alendū anno integro  
 publicis & purioribus cibis postea verbenis vestibusq; sacris or-  
 natus circūdubebatur per vrbē cum execrationibus: vt in eum inci-  
 derent omnia mala ciuitatis: & sic proiecibatur. Hoc autē (inquit)  
 in petronio lectum est. Supplicijs ergo: id est supplicationib⁹ vo-  
 cata: aut reuera in tormentis & tribulationibus (sicut in sanctis lit-  
 teris dicitur. Ad dominū cum tribularer clamaui: & exaudiuit me)  
 cum. i. quando Xerxes potentissimus perflatū & medorū rex: tu-  
 midus: id est superbus & inflatus etiā in deos impius: opprimeret  
 graios. i. græcos maxime athenienses: quos oppugnauit sed non  
 expugnauit: medo milite: id est copijs maximis militū ex media.  
 Vnde dicit Iuuenalis satyra decima. Credimus altos defecisse ari-  
 nes: epotaq; flumina medo: prandēte oracula diuum: id est diuogni  
 miserantū. i. miserantū docuere viam. i. modū & rationē vincendi  
 scilicet xerxē. quia sostratus eius adiūtum & abitū p̄dōcuit. Vñ  
 ibidē Iuuenalis. Et madidis caneret q̄ sostratus alis. deuictus autē  
 est a demistole athenieñ. ductore. Cū. i. quādo bella punica. i car-  
 thaginiens̄ a (q̄ punica dicūtura p̄cenis. nā ce aliqui in uertimū:  
 vt a poena fit punio & a poeno punicus. dicere potes etiā carthagī-  
 niēsia more maio) cōcuterēt in numeris clabibus italos & regna ro-  
 mana: mater diuū. s. cybeles: translata de littore phrygio. i. troiano  
 in latiā. i. italiā: dicitur sedasse graue tumultū: & sup. dicit latinos  
 viciſſe. i. q̄ latini vicerint: auspicijs. i. ductu & p̄sidio deae: & nedū  
 pro nō solū: eiecisse. i. q̄ eiecerint: hostē de finib⁹ suis: sed vastasse  
 etiā penates lybicos ferro & flamma: atq; euertisse birsam. i. cartha-  
 ginē potente armis. De quo primo ænei. Vtbs antiqua fuit: tyrii  
 tenuere coloni Carthago italiā contra tyberināq; longius ostia: di-  
 ues opū: studiſcp asperrima bellū. Et in eodē. Mercatīq; solū facti  
 de nomine birsam: Taurino q̄tum possent circūdare tergo. Byrsa  
 autem fm donatū corium significat. Hanc aut̄ rem Ltius lib. ix.  
 Decadis tertiae satis recitat. Quid id est ad quid: referā. i. recenseā  
 (quasi dicat id fruſtra faciam cum notissimum sit) gentē senonū:  
 illoꝝ gallorū (qui fm strabonē libro quarto ex treuitis & neruijs  
 sua cū rhenis in occasum habēt domicilia: quoq; in italiā transītū  
 Liuius libro quinto decadis prime descripti) deiectā auxilio iouis  
 & iunonis: ab arce: scilicet capitolina: cui Iuppiter & iuno p̄ſi-

Sacrum

Massiliensiū  
mos.

debant: verum anseres quibus eo q̄ iunoni sacri essent in summa  
inopia cibi abstinebatur: clangore alarūq; strepitu Marcum man-  
lium excitarunt secundū Liūium: qui ascendētem hostem depulit.  
Nihilominus tamen ludi capitolini ab eo facti sunt: q̄ iuppiter op-  
timus maximus suam sedē atq; arcem populi romani in re trepidā  
tutatus esset: collegiūq; ad eam rem Marcus furius dictator consti-  
tuit ex ijs qui in capitulo atq; arce habitarent. Expiādæ etiam vo-  
cis nocturnæ quæ nunciā cladis ante bellum gallicū audita negle-  
taq; fuit: intentio illata est: iussumq; templū in noua via allocutio  
fieri. Hæc Liūius libro quinto deca. i. allocutius autem deus est ab  
alloquendo dictus) & quid referam capitolia protecta forti manu  
diuorum: & quid referam pestē repulsam supple esse a romanis: tūc  
supple cum: id est quando: satus id est genitus phœbo atq; coro-  
nide nympha scilicet æsculapius: versus in effigiem: id est speciem

colubri: id ē serpētis: petiuit moenia romana: quasi dicat id quoq;  
notum esse. (Id autē Liūius libro primo decadis secundæ: descrip-  
serat. Vnde Lucius florus. Cum (inquit) ciuitas pestilentia laboraa-  
ret: missis legatis ut æsculapij signum: roman ab epidauro trans-  
ferrent: anguem qui se in hauem eorum cōtulerat in quo ipsum nu-  
men esse constabat: deportauere: eoq; in insulam tyberis egresso  
codem loco sedes æsculapio constituta est). Quo id est ex quo fit. i.  
constat: ut impietas atq; irreuerentia: scilicet blasphemia diuū pro-  
diuorum: sit horrendum scelus. & nullo id est nō vlo: non deleibile  
vlo sacro: id est sacrificio. Numina scilicet deorū odere manus fa-  
crilegas: id est sacra temerare ausas: & odere superbos scilicet deo-  
rum contēptores. Latona mater apollinis peremit: natos id est li-  
beros quos plurimos: sed de numero ambigitur habuisse dicitur.  
tantalicis id est niobes: quæ apud Ouidiū libro sexto meta. sic de-  
se dicit. Q uis furor auditos inquit præponere visis Coelestes: aut  
cur colitur latona per aras. Numē adhuc sine thure meum est: mihi  
tantalus auctor Cui licuit soli superiorū tangere mensas! &c. dixi  
dubitari de nūero. Nam gellius libro decimonono: capitulo sexto  
sic ait. Mira & prope adeo ridicula diuersitas fabulæ apud græcos  
poetas depræhēditur super numero niobes filiorum. Nam home-  
rus pueros puellasq; eius senos dicit fuisse Euripides bisseptenos.  
Sappho bis nouenos. Bacchilides & pindarus bis denos: quidā  
alij scriptores tres fuisse solos dixerunt. hec ille. Quotquot autem  
fuerant omnes interemit latona: aut eius causa apollo. Iuppiter  
supple peremit aut deiecit fulmine: anguipedes id est gigantes an-

## Niobe

guinos pedes habentes: ausos tentare viam in superos: et id montibus congestis: id est accumulatis. q̄ pro & Iuppiter deiecit fulmine: id est prostrauit æoliden: id est salmoneū æoli: non quidem regis ventorū: sed cuiusdā alterius apud elidem vbi regnauit filiū (qui fabricato ponte æreo: super eum agitabat currus: ad imitandum tonitrua: & in quēcunq; facē iacula tus fuisse: occidi iubebat ob quod postea verum fulmen expertus est. Vnde vergilius libro sexto. Vidi & crudeles dantem salmonea poenas: Dum flamas iouis & sonitus imitatur olympi. Quattuor hic inuestus equis: et lampada quassans: Per graium populos: mediæq; per elidis vrbē Ibat ouans: diuumq; sibi poscebat honores Demes: qui nymbos & nō imitabile fulmen: Aere & cornipedū cursu simularat equorū. At pater omnipotens densa inter nubila telum Contorsit. nō ille faces: nec funera tedis Lumina præcipitemq; immani turbine adegit.) Eoliden ergo aggressum: id est conatum simulare currū volanti: id est celeriter per ponrem æreum tracto: fragorē tonitru. & Iuppiter induit Lycaona regem scilicet arcadię qui hospites suos occidere suetus: Iouemq; occidere conabatur: ora id est faciem et figuram toruæ feræ: id est lupi: qui græce ΛΥΚΟΣ dicitur. Marsia nudus cute: id est excoriatus: repperit id est offendit phœbū: id est apollinem: vt orē scilicet superbia. Vnde cum apollinē de laude cantilenæ prouocasset: iudice thymolo vīctus: excoriatus & suspensus est. arborq; qua pependit diu ostensa est in aphyrica. Arachne (puella lydia palladē de laude texturæ prouocare ausa) temeraria: quia temeritatis est deam prouocare: sensit pallada cæcropiā id est atheniensem supple vtricem: quia vīcta in aranē vermē mutata est. Ira ennosigei: id est neptuni sic græce dicti: ab eo q; terram moveat: trideritiferi id est habentis aut ferentis tridentē: scilicet fuscinam pro insigni: perterritim euerit p̄gama: id est moenia troiæ mētitæ. Vnde ænei. ij. Neptunus muros magniōq; emota tridenti Fundamēta quatit: totāq; a sedibus vrbē Eruit. &c. Id autē fecisse dicit: quia cū apolline troiæ fabricat⁹ est muros: statuta p̄mercede ingēte a laomedōte pecunia quā tñ repēdere nolebat. Seruitus aut̄ dicit laomedontē youisse neptuno & apollini certam pecuniā ad sacra facienda: quā deinde trāstulit ad fabricā muroq;: vñ dīj fecisse muros & offensi esse dicuntur. Alij id effectum dicunt: eo q; aqua cui neptunus p̄est: & igni cui sol adminicula p̄bet oīa strūutur.

Salmōeus

Lycaon

Marsia

Arachne

Ennosigeus

Sed quid ego annitor phœbo superaddere lumen?

M iij

III.1. Pt. II Baptiste Mantuanus

Ista satis fulgore suo sententia nota est,  
Et scelus a superis habet & sua præmia virtus.  
Quare age conceptum virgo depone furorem:  
Nec tentare deum genus infœliciter aude.  
Est thalamis prælata venus prælata puellis.  
Nubilibus. t̄ edas nisi sis pertesa iugales  
Sit tua cura venus: q̄ si seruare pudorem  
Virgineum mauis tibi sit tutela dianæ.  
Numen vtrumq; pium. tua qui iam possider' orbem  
Vota secundabit cæsar. quid pallida mœres  
Pone metum virgo infœlix; resipisce parumper.  
Pro generis splendore tui connubia cæsar  
Clara dabit. nam te lagidarum a sanguine ductam  
Comemorant. proauos semēq; imitare paternum  
Et cognosce deos quos agnouere parentes  
Ante tui. quisnam nugas persuasit aniles  
Ut genitum obscura segniq; propagine christum  
Numen habere putas mundus coniurat in omnes  
Christigenas iam terra rubet: iam sanguine pontus.  
Spumat: & extoto genus hoc exploditur orbe.  
Et tu docta bonas artes sata sanguine regum  
Et formæ splendore nitens: gratissima tantis  
Principibus: magnæ domino gratissima romæ.  
Et modo florentes annos ingressa iuuentæ.

Parthenices Catharinæ Liber III Fo. LXIII

Sponte tibi mala tanta paras! vis ferre latentes  
Carceris obscuritenebras:vis ferre catenas  
Extremamq; pati saua inter vulnera mortem!  
Ah miserere tui saltem miserere tuorum:  
Desertæ miserere domus. lamenta precesq;  
Ne contemne tuæ gentis. depone rigorem  
Marmoreum virgo:nec contra iura deosq;  
Fœmineas extende manus.tibi gloria vicit  
Maior erit q; victrici.spes vnica tanti  
Sanguinis extingui prolem patiere tuorum!  
Carminibus tua corda malis possessa retardat  
Christus:& haud cōpos mentis cognoscere sanctos  
Non fineris monitus:sed mox vt martis ad aram  
Numen adoraris:pulsa caligine tollet  
Libera mens oculos.& te tua limina læto  
Accipient vultu reducem. quid lenta resistis?  
Rumpe moras. nec te clementia cæsar is vllum  
Ad scelus inuitat:nec ad importabile pondus  
Vrget:opus leue:iucundum:laudabile:sanctū  
Imperat:id proceres optant.id supplicat omnis  
Vtis tua. quid tantis & sola & fœmina votis  
Non parere potes/da thura calentia marti:  
Dux tibi cæsar erit:nos te comitamur euntem.  
Sic ait:& cæsar nutu assentitur & ore.

## F. Baptista Mantuanus

**C**ed quid ego annitor. Pergit rhetor ab argumentis seu eris ad blandiora & muliebri animo conuenientiora transiens ac dicens. Sed quid: id est ad quid: annitor ego i. conor: superaddere phœbo: id est soli: lumen. i. rei clarissimæ clarificationem & approbationem? Ista sententia est satis nota: id est euidens & clara: suo fulgore: scilicet q &: id est simul scelus. i. peccatum: habeat a superis sua præmia: id est stipendia: scilicet poenas. et virtus habet sua præmia a superis: scilicet gaudia. Quare: id est quāōbrē: age o virgo: depone furorē conceptū. i. dementiā quam cōcepisti contra deos: nec aude tentare genus deum. i. deorum: infelicitate id est cum tua summa infelicitate: quia senties deos vltores: aut caesarē deorum causæ defensorē. Venus est plata thalamis: id est legitimis nuptijs quia rubentes cesto cingit. & est plata. i. p̄fecta puellis nubilib⁹: id est maturis ad nuptias: et ideo supple venus sit tua cura: nisi sis pertesa. i. nisi ex tedium aspernata es: tēdas id est faces iugales. i. matrimoniales: quia nubētibus: id est puellis cū ad maritū ducerētur noctū: faces p̄ferebātur. V sus aut̄ est dictione pertesa personaliter: cum tamē v sitatius impersonaliter dixeris. Nisi te sit pertesum tēdarū. Sicut dido ænei. iiiij. Si non pertesum thalamī tēdæq; fuisset Nam tēdet impersonale v surpat pro præterito pertesum est: q si mauis: id est magis vis seruare pudorē virgineū: id est virginalem diana sit tibi tutela. vt rūq; numen est supple piū. et Cæsar qui iam possidet orbem: secūdabit id est prospera faciet: tua vota. i. desideria: quid id est ad quid tu existens pallida. (Quāeras quomodo pallidam dicat: cum dictū sit q; deus eam totā coelesti afflauerat aura?) Sed dices aut verū nō esse: quis rhetor id dicat: aut mutatū colore) quid ergo tu pallida mōeres. i. doles & moesta es: quod etiā verum nō est: sed forte præsupponitur a rhetore verū esse. O virgo infelix: pone. i. depone: metū. i. timorē: eum etiā nō habuit: sed rhetorice ex more accusatorū dicit eam timere: quasi causæ suæ diffidat: cum ipse ecōtrario fiduciā præ se ferat. Resipisce. i. resume sensum bonum & sapientiā pristinā parūper. i. saltem modicū cæsar dabit tibi clara cōnubia pro splendore. i. iuxta splendorē & claritatē tui generis. Nam cōmemorāt. s. omnes qui te noscunt te ductā. i. ortā a sanguine lagidarū. i. regū ægyptio: quia lago descēderunt: imitate proauos. i. maiores tuos & semen paternū. et cognosce supple eos deos: quos parētes tui agnouere ante. i. prius. quisnā persuasit tibi: nugas id est res fruolas & nihil cōmodi agentes: aniles id est quales anus. i. yetulæ delirare solent. s. vt putas christum genitum

propagine obscura & segni: id est ignobilis id autem metitur: quia  
 regali ex progenie maria orta resulget) habere numen id est diuinis-  
 tam: mundus coniurat in omnes christigenas. q.d. temere sola co-  
 tra maiorum tuorum defunctorum: & omnium viuentium fidem  
 christo adhaeres: terra rubet iam: & pontus id est mare spumat iam  
 sanguine scilicet christigenarum. q.d. aliorum exempla deberent ti-  
 bi esse documento & hoc genus scilicet christigenarum: explodi-  
 tur id est contumeliose effugatur toto orbe scilicet terrarum: &. i.  
 attamen tu docta. i. que didicisti bonas artes: & sata id est progeni-  
 ta: sanguine regum: & nitens splendore forme & gratissima tantis:  
 id est summis principibus: & supple domino magnæ romæ scilicet  
 Maxentio qui pro te conuertenda nos conuocauit: & tu ingressa  
 modo. i. paulo ante hac annos florētis iuuētē. i. iuuenilis etatis: pa-  
 ras. i. cōparas et acquiris tibi: sponte. i. nō coacta: tata mala. et vis  
 ferre cathenarum: et vis pati extremā mortem inter sequa vulnera. Hec  
 oīa possūt interrogatiue legi: aut admiratiue: et placido atq; cōdolē-  
 te vultu p̄nunciāda sunt. Ah(dolentis interiectio) miserere tui: & si  
 non vis sup. tui misereri: miserere saltem tuorū: miserere domus de-  
 serterē: id ē q per te deseretur: et extinguerē: et ne cōtēne: pro ne cōtem-  
 nas: lamenta: & preces tue gētis. i. plebis tuę hoc est subditorū tuo  
 rum aut familię tuę. Nā de genere nō pōt intelligi ne sit cōtrarium  
 quod dicef. Spes vnica. &c. Vnde difficile purgatu est qđ cathari-  
 na dixit in fine primi huius se lactētem et parentib⁹ orbā ab ange-  
 lis suscep̄tā: et in secūdo a patre liberalibus studijs imbūēdā ad va-  
 rias regiones missā) O virgo quod sexū & etatē notat: et ita vim p̄  
 suadendi habet. quasi dicat cū sis fœmina cedendū est viris: & cum  
 sis virgo. i. iuuēcula(dicitur enī virgo a viridiore etate quasi adhuc  
 vigens: vnde etiā de triū aut plurim liberorū matre pasiphae dicit  
 in buco. Ah virgo infelix &c.) cedendū est pueris. o virgo  
 igitur depone rigorē marmoreū. i. obstinationē tuā: ne extēde ma-  
 nus fœmineas: q̄ fere imbelles sunt: cōtra iura et deos Maior gloria  
 erit tibi vict̄ē q̄ victri ci. i. vincēti: quod ipsis rhetoribus postea cō-  
 tigit. Nūquid sup. tu existens vnica spes tanti sanguinis patiere. i.  
 patieris: prole. i. propagationē tuorū extingui? Christus retardat  
 id est occupat aut hebetat aut ipedit: tua corda possesta. i. capta ma-  
 lis. i. nocuīs carminibns. i. incātationibus: & tu haud. i. nō cōpos-  
 mentis. i. impos rationis tuę: nō sineris. i. non permitteris: cognoscere.  
 i. approbare & acceptare: sanctos monitus sed mox. i. statim  
 vt. i. postq; adoraris: pro adoraueris nūmē martis: ad. i. iuxta arā  
 martis mens tua libera. i. liberata ab incātationibus christi: tollet. i.

Virgo

leuabit oculos. s. cognitionis: & hoc caligine. i. tenebrositate igno-  
rantię: pulsa. i. depulsa. & tua lumina accipient te reducē. i. ad ratio-  
nem reuertentē vultu lēto. quid tu lenta. i. tarda resistis sup. admo-  
nitionibus sanctis. rūpe moras. i. accelera nec clemētia cæsaris iū-  
tat. i. allicit: te ad vllū scelus. i. facinus nefandū: nec vrget te ad pō-  
dus importabile. i. ad opus vltra vires tuas: quia sup. imperat op<sup>9</sup>  
leue. iucundum. laudabile. sanctum: et ita genus bonitatis cōtinēs  
Proceres. i. principes & primores regni: optant id. i. vt id facias:  
omnis tua vrbs: id est tota ciuitas tua: supplicat id. quid. i. ad quid  
vel qui id est quomodo tu & sola et foemina: potes non patere. i. re-  
sistere tantis v̄otis: da marti thura calentia id est incensa: Cæsar erit  
tibi dux id est ducet te ad aram: nos comitamus id. est parati sumus  
comitari: te euntem id est simodo iueris: sed artificiose vtitur p̄sen-  
ti tempore: quasi dere certa. nam orator debet semper præ se ferre  
fiduciā: quasi id quod optet iam aut factū sit aut fiat. Sic ait sup.  
shetor: et Cæsar assentitur nutu et ore: id est approbat sentētiā eius  
Vnde magnum sumitur argumentum ad virginem subuertendam  
Nam si tot docti viri p̄dicant ipsam errore teneti: & liberatum iri si  
modo sacrificauerit semel marti: paratiq; sunt ipsam vna cum cæla-  
re ad Martis aras adducere: vnde non ignominiam sed gloriam po-  
tius cōsequaf: videtur aut demēs aut pterua & salutis sue inimica:  
si periculū facere recusat. & ita vt cætera oīa artificiosissime contex-  
ta sunt: vt peritis constat: imperitis autem intrudi non potest qua-  
propter supersedeo.

**C**Finis expositionum secundilibet.

ogli V

Secundæ Parthenices. Liber. iii.

**B**EGLIA Progenies fixis immota manebat  
Luminibus: turri similis quam saxe moles  
Sustinet: atq; omnem fert inconcussa procellam:  
Et tali assurgens sermone silentia rupit.  
Si mea mens vlo poterat sermone moueri:  
Hoc fateor compulsa foret: nang; omnia rhetor  
Attigit humanum quibus est mutabile pectus.

Parthenices Catharinariæ Lib. III. Fo. LXVI.

Et factum satis est arti: si invicta remansi  
Diuinæ hoc virtutis opus; si numen abesset  
Victor erat: grauibus potui succumbere dictis.  
Victrices habeat lauros prolataq; pugnæ  
Dona: fetat virtus & non fortuna coronam.  
Quoad potuit fecit: potui sine numine vinci.  
Sed mihi numen adest: quo mens arrepta moueri  
Nescit: ad Euphratem poti<sup>v</sup> sua flumina mittet  
Eridanus: Thyberim Tagus influet: Abdua Nilum;  
Ante & Pyrenes Rhodope iuga mittit ad arces:  
Taurus ad Atlantem fugiet: Carmelus ad ossam;  
Q; mea sanctus amor Christi p<sup>r</sup>æcordia linquat.  
Q; marti & gelidis ponam libamina faxis.  
Nec superos odi: nec numina sacerda: nec aras  
Numinibus sacras, verum quæ numina Yanum  
Vulgus ait tenebrosa sequens vestigia patrum:  
Numen habere nego: reneat si Iuppiter arcem  
Aethream: quis templationi quis sacra negabit?  
Sponte ego thura feram. Veneris (si numen haberet)  
Numen adorarem. Phœbum sequar atq; sororem  
Si soror & phœbus dii sunt. Venerabimur aram  
Palladis æthereo pallas si nata cerebro.  
Impius & mergidignus phlegethonte subimo  
Sacrilego quicunq; deum sermone laceffit,  
Sed vetus & toto iam vulgatissimus orbe

IVX. F. Baptista Mantuanus

Mortales inter miseros effebuit error:  
Atq; aliter q; res habeat sentire coegit:  
Somnia nec refiero: sed quod narramus aperta  
Monstrar ratione potest. Dic optime Rhetor  
Quis fuit ante iouem: qui lucida volueret astra?  
Qui regeret cœli cursum: qui clauderet vndas  
Littore: qui læto vestiret gramine campos?  
Mundus enim fuit ante iouem: qui raptus ab ipsa  
Fauce patris coribantum opera translatus ad Idam.  
Gnosiacasq; domos creteo creuit in antro.  
Iuppiter est igitur proles humana: propago  
Est humana iouis: nullum fecere quod ipsos  
Esse deos testetur opus. furtæ: arma: rapinæ:  
Stupra: dolæ: fraudes: opera hæc præclara deorum.  
O insanæ hominum mentes: quæ credere diuos  
Artibus his factos potuere: ardentis olympi  
Artificem fecere hominem: dementia nulli  
Admittenda viro. Deus est æternus: & ingens.  
Nec comprensus adhuc: nec quæ comprehendere possit  
Mens est vlla deum. Simplex essentia nullis  
Intercepta locis: non circumscripta figuris.  
Vnus & in plures nunq; diuisus ab omni  
Conditione procul nos fra. mortalia nedium  
Omnia verum etiam vincens cœlestia longe  
Solus hic immensum fecit non iuppiter orbem.

Parthenices Catharinariæ Liber III Fo:LXVII

Quicquid habet phlegethon: quicquid caua viscera terræ?  
Quicquid inest pelago: quicquid secat aera pennis  
Condidit: & solus totum hoc opus ipse gubernat.  
Quæ narras de prole iouis de stirpe decorum:  
Scoenica sunt: leuibus vulgo recitanda poetis:  
Exhibitura iocos populo: plausumq; theatro.  
Iuppiter & proles ita sunt in sidera lati  
Ut fera syluosæ nemees: ut portitor hellest:  
Portitor europeæ: autiga: & iasonis argo.  
Pægæsus: arctophilax: & raptis milvius extis.  
Caſareusq; thronus: coma regia: procyon vrlæ.  
Coruus/olor/lepus/ara canis/lyra/cancer/ & vrnat:  
Atq; allæ cœli formæ: quas gracia mendax  
Finxit: & audaci yatum facundia cantu.

**B**egia progenies. Hic est tertius & vltimus huius secundæ  
Parthenices liber: in quo reliqua q̄ proposuerat auctor:  
diserte prosequitur: ostendēs primo respōsum diuīe vir-  
ginis: quo rhetores ad fidē conuertit. Laudat peritiā rhetoris: in  
quo se candidā: hoc est minime inuidam: ne claudis humanæ cu-  
pidam ostendit: simulq; beniuolentiā ipsius rhetoris captat. seq;  
inuictā prēdicat nō humanis sed diuinis opib; fretā: quo audien-  
tes ad christū conuertat. **O**rdo est. Progenies id est proles: hoc  
est filia regia: scilicet catharina. Solet quidē progenies etiam de  
vno dici: vt de achille: statius in principio achilleidos. Magnani-  
mum ècidē formidatāq; tonanti: progeniem. Sed tunc proprie-  
quādo tota eiusmodi generatio in vno cōsistit: yñ solus achilles  
formidatus tonat fuit: & sola catharina progenies regia. s. de do-  
mo lagidaꝝ manet imota: & hoc lumenib; fixis. i. habēs oculos  
fixos & nō vagātes: existēs similis turri: quā moles faxea sustinet  
atq; quę sup. existens incōcussa. i. nō expulsa de loco fert. i. tolerat

Progenies

N

omnē procellā. i. impetu procellaz: et ipsa assurgens iupit silentia  
 tali sermone. i. sic loqui cœpit. Si mens mea poterat: pro potuissest  
 aut posset (& est frequēs eiusmodi apud poetas locutio) moueri. s.  
 a fide & pposito: yllo sermone. i. quauis fusione aut oratione: ego  
 fateor supple q̄ ipsa foret compulsa: hoc supple sermone. Namq;  
 rhetor attigit omnia. i. oēs locos quibus pectus humanū est muta-  
 bile: & satisfactū est arti. i. quantū ars exigit. Si ego remansi. i. per-  
 mansi inuicta: hoc supple est opus virtutis diuinæ: ipse erat: id est  
 fuissest vīctor: si numē. i. auxiliū diuinū abeslet: ego potui succum-  
 bere. i. vinci & superari grauib⁹ dictis supple rhetoris: habeat sup-  
 rhetor lauros vītrices. i. vīctoriae ïndices: aut vīctori debitas: &  
 dona. i. prēmia pugnæ: prolata. i. pposita & cōstituta: et virtus. i.  
 peritia & scītia eius: ferat sup. secū. i. asportet coronā. i. honorē &  
 prēmia cōstituta: et nō fortuna. i. casus inopinatus: quia p̄ter op-  
 nionē erat q̄ virgo diuino numine fulciret: ipse fecit quod potuit  
 vel quoad. i. quatenus potuit: ego potui vinci. i. superari sine nu-  
 mine. i. sine auxilio numinis. Sed numen adest. i. auxilio est mihi:  
 quo. i. ad quod mens arrepta. i. attracta nescit moueri. i. pellia loco  
 suo. Eridanus fluuius ille italiz qui & padus dicit: mittet potius. i.  
 citius: sua fluimia ad euphratēn fluuiū per babyloniam fluentē et in  
 rubrū mare cadentē. et tagus fluuius lucitaniz atreas harenas ha-  
 bens: influet potius tyberim. i. fluuiū illum per vrbē romā fluentē:  
 abdua seu (vt strabo eū nominat) adua: fluuius e lacu verbano ex  
 alpibus in lariū lacum influēs: influet ante nilum fluuiū ægyptum  
 per trāseuntē: & rhodopemons thraciæ mittet ante. i. prius iuga. i.  
 partē cacuminū suorum ad arces. i. summitates pirenē. i. montis  
 hispaniā a gallia diuidentis: et taurus mōs ille cōtermīnus ripheis  
 montibus: fugiet ante. i. prius ad atlantem montē mauritanię. car-  
 melus mons ille inter caſariā tyron & iordanem ad carpathiū vīsq;  
 mare profēsus. de quo in priore parthenice plura dicta sunt: fugiet  
 supple ante ad ossam: mōtem illū thessalię: q̄ sanctus amor christi:  
 linquat: id est deserat: mea præcordia. i. interiorē affectionē cordis  
 mei. & q̄ ego ponā libamia. i. sacrificia marti: & pro. i. gelidis: id est  
 frigidis: quia sine sanguine & vita: faxis id est saxeis simulachris.  
 Nee ego odi superos. i. sanctos: nec numina sancta. i. ea quæ ego  
 sancta censeo: nec odi aras sacrās. i. sacratas numinibus verū. i. sed  
 ego nego ea sup. hoc est simulachra deos: quæ vulgus yanū: id est  
 mendax & stolidū: sequens tenebrofa vestigia patrū. i. maiorum  
 suorum: ait. i. dicit & appellat numina. i. diuinās potētias aut deos  
 nego inquā ea habete numē. i. diuinā potentia qua p̄ nutu agant.

Parthenices Catharinariae Liber III Fo.LXVIII

Si iuppiter teneat arcem ætheream. i. coelestem quod false presupponit (quis negabit ioui templo? quis sacra. i. sacrificia supple negabit? quasi dicat nemo nisi demens: ego feram. i. offeram ioui supple si numen haberet: sponte id est voluntarie non coacta nec sollicitata a vobis thura. i. sacrificium thuris: et ego adorarem numen veneris: si supple venus haberet numen ego sequar phœbū. i. apollinē: atque fororē: id est dianā: si phœbus & foror supple eius sint dei (ita recte scribitur quis ut monosyllabon hic proferatur) nos venerabimur aram palladis: si pallas nata supple sit cerebro æthereo: id est ipsius iouis qui phisice æther dicitur. (Nam phisice id est naturaliter loquentes poetæ per iunonem inferiorē aerem intelligunt: per iouem superiorē ac putiorem: vnde in manu fulmen habere dicitur: vertice autē sphaeram ignis attingit. Vnde pallas seu minerva dea sapientiae nata fingtur: q̄ calor ille coelestis præcordijs infusus sapien-  
tiam cōserre putatur. Vnde contra dicit maro. Si haec non possim naturæ accedere partes: Frigidus obsterit circum præcordia sanguis &c.) Impius supple est et dignus mergi: id est sepeliri aut immergi sub imo. i. profundo phlegethone: id est fluuiu[m] infernali sem per ardente: quicunque lacessit. i. carpit & prouocat ad iram ac blasphemat deum sermone sacrilego: id est blasphemō: et sacrū. i. diuinum eius numen detrahente: sed error vetus & vulgatissimus iam toto orbe. i. per totum mundū: effebuit: id est frequens & crebet effectus est inter miseros mortales. s. hoies: atque super ipse error coegerit sentite de simulachris. s. deorū: aliter q̄ res habeat. Nec p̄ & nō: et ego non refiero. i. narro somnia. i. res frivolas & vanas et a somniis ante excogitatas: sed illud quod nos narramus potest monstrari: aperta. i. manifesta ratione. O optime rhetor dic quae fuit ante iouē qui volueret. i. circumoueret astra lucida. i. resplendentia: et qui regeret cursum coeli: & qui clauderet vandas scilicet mari littore: & q̄ vestiret campos gramine lato: id est abundantia aut letificatio: quasi dicat oportet q̄ aliquē des: enim pro quia: quia mundus fuit ante iouē: qui raptus ab ipsa fauce patris. s. saturni qui ipsum deuorare voluit: & supple translatus ad idam. i. silvā illā cretensem: et domos gnosiacas. i. cretēses opera. i. per operā & sedulitatē: coribatū illos populorū cretēsium: creuit in antro creteo. Nota est fabula. Nam Iuppiter saturni atque opis filius & eodem partu cum iunone genitus ne a saturno occideretur: q̄ cū titano fratre pactus fuerat se omnē prolē masculā interēpturū: missus est ab opī in montē & curetibus traditus est: educādus: siue (ut quidā volūt) cureti regi cretensiū: q̄ ingnoso yrbe illū seruauit: ybi matris eius est templū. vtrāq̄ opī.

Pallas  
Aether  
Iuno

Iuppiter

Curetis  
Gnosus

Nij

nionem tangit hic dicens translatns ad idam gnosiacasq; domos.  
 Qui vero curetibus nutritū affirmant: addunt in antrū montis idē  
 ab eis delatū: & ne forte vagitus deflentis auditetur: cymbala illos  
 et tympana & clypeos atq; alia arma pulsasse: & ad eorum sonitū  
 cōuenisse apes & infantis orimella instillasse: cuius beneficij gratia  
 iouem postq; coeli imperiū adeptus erat: induluisse apibus vt sine  
 coitu generarēt: quam opī. virg. geor. iiij. sequitur. Curetes autem  
 sacerdotes fuerūt cybeles seu cybellis matris deū. & qui corybātes  
 & caberi & idei et telchines & dactyli dicūtur: fueruntq; filij saturni  
 et aliopes: aut solis & minervae. Sunt qui dicūt iouem nymphis alē  
 dum datū amaltheę & melissę: nec defunt qui in dicteū monte nu-  
 tritum p̄dicent: sed in toto figmēto sunt fabulae historiæ admixtæ.  
 ne aut̄ poeta alterā opinionē dānaret: cōmune sumpsit dicēs creto  
 creuit in antro: quia tam idēū q̄ dicteū antrū est creteū: hoc est cre-  
 tense. Igitur si iuppiter genitus & nutritus est Iuppiter est proles  
 humana: & propago. i. et ppagatio seu progenies iouis est hūana:  
 hoc est iuppiter purus hō: puros hoīes genuit: qui supple nullū fe-  
 cere opus: quod testetur ipsos esse deos. Nam fulta:arma. i. bella &  
 cædes: rapinæ. Stupra. i. deuirginatiōes: dolí: fraudes: hec supple  
 sunt p̄clara opera deorum. i. eorum quos deos dicitis. Vnde exclā-  
 mat. O infanç mentes hominū quæ potuere credere diuos esse fa-  
 ctos his artibus: id est huiusmodi scelerib?: & quæ supple fecere. i.  
 reputauerunt hominē esse artificē olympi. i. coeli: ardentis id est re-  
 splēndentis: & ardore ignis cincti: q̄ supple res est: dementia nulli. i.  
 nō vlli: non admittēda vlli viro. i. quā nullus vir admittere debeat  
 Deus est æternus & ingens. i. magnus sine exēplo: nec cōprensus  
 id est incōprahensus adhuc: nec vlla mens' est quæ possit cōpren-  
 dere deum. Est enī supple essentia simplex: nullis locis intercepta:  
 id est nō circūscripta dimēsionibus localibus: & nō circūscripta fi-  
 guris: et supple deus est vnum & nunq̄ diuisus in plures: et procul  
 ab omni cōditione nostra. i. humana: vincens. i. antecellens lōge  
 nedū omnia mortalia. i. corruptibilia: verūtiam omnia coelestia:  
 hic scilicet deus fecit solus. i. sine alicuius adiutorio: orbē immens-  
 sum. i. totum vniuersum: nō iuppiter. & condidit quicquid phle-  
 gethon. i. infernus habet: & quicquid viscera terræ caua. i. cōcaua  
 supple habent: & quicquid inest pelago: id est mari: et quicquid se-  
 cat: id est diuidit pennis aera. i. quicquid volat: & ipse solus gubernat  
 hoc totū opus suū: ea supple quæ tu narras. i. recitas de prole  
 iouis & de stirpe deorū: sunt scenica. i. figmēta fabulae in scenis  
 agibilium. sunt igitur scenica. i. argumēta scenarum: recitanda

Curetes

Coryban-  
tes.

Parthenices Catharinatæ Lib. III Fo. LXIX.

vulgo. i. coram indocto populo: sup. a poetis leuibus. i. res inaneſ ſectantibus: exhibitura: vt quæ exhibeāt populo iocos: & theatro id est accipiendo contentos pro continentē: exiſtentibus in thea- tro: hoc eſt publico ſpectaculo: plauſum id eſt applauſum. Iuppiter: et proles. i. liberi eius: ſunt lati id eſt traſlati in ſidera: ita vt fe- ra nemces: illius regionis in arcadia ſiluoſe id eſt multas filias ha- bentis: eſt ſupple traſlata: hoc eſt vt leo dicitur traſlatus in ſide- ra: quem Nigridius tradit a luna iuſſu iunonis in terra arcadica & re- gione nemee educatum: et deide in exitium herculis demifum que hercules iuſſu euriſthei claua quem a molorcho hospite accepere at- teremis: qui poſtea claua illa pro gladio: & pelle pro clypeo viſus di- citur. Leonē vero aut Iuno ob inuidiam herculis: aut Iuppiter in gloriam eius: in coelum tranſtulit: qui ad occasum ſpectans ſupra caput hydræ conſtitutus eſt. & vt id eſt quemadmodum portitor helles id eſt aries aureum vellus habens ſuper quem helle pontum tra- nare cum phryxo cupiens ſubmersa eſt: ponto nomen dans. Tradunt enim phryxum athamantis regis thebarum ex nephele filium: vna cum ſorore helle: cu defuncta matre: nouercæ (que ino vocabatur) inſidias ferre non poſſent conſentiente patre de fuga cogitaffe. Itaq; arietem aurei velleris datum ipſis a matre dum viue- ret aut a patre viuente adhuc: conſcendiffe: et portum ea parte qua anguſtior eſt traſſretare coepiffe: hellen vero puellari timore exter- ritam decidiſſe in pontum: vnde qui prius pontus dicebatur hel- leſpontus eſt vocatus. Phryxum vero in columen in colchos ad Oetam regem perueniſſe: & cariē quo vextus fuerat immolaſſe ioui & pellem aureā in tēplo fixiſſe: arietēq; ipſū a ioue traſlatū: & iter ſidera locatū priftinā effigiē tenuiſſe qui a phryxo phryxeus eſt vo- catus quidam tñ dicūt vellus illud aureū marti fuſſe conſecratum: & arietem coeleſtē eū eſſe qui baccho p. deſerta lybiæ vbi ammonis tēplū poſtea factū eſt apparuit. Et vt portitor europeoſ. i. taur⁹ qui europaen genoris filiā in cretā iſulā in columē traſuerxit: nota eſt fa- bula. et vt ſup. auriga traſlatus in ſidera: videlicet bootes q. plau- ſtrū in ſeptētrione regit. & vt argo. i. nauis lōga q. prima fuſſe dici- tur: qua Iason & ceteri argonauti ad colchos p. aureo vellere vexti ſūt. & vt Pegasus. i. equ⁹ ille alar⁹ qui hippocrenē ſotē fecit: & e ſan- guine medule a perſeo interēpte nat⁹ dicit. & vt arctophylax. i. cu- ſtos vrl̄. ſ. caliſtous matris in vrl̄a verſe & vt milui⁹ auis illa rapax traſlat⁹ ſup. eſt in ſidera: extis raptis. i. poſtq; exta rapuit. dicitur vulgo miliuſ: ſed ab horatio in epiftolis etiam miluius vocatur. & vt thronus cœſarius. i. iulij. cœſaris: que quidā inter ſidera locatū

Leo coeleſtis

aries coeleſtis  
Helle

Taur⁹ coe-  
leſtis.

Nisi. ro/1

Berenice et  
capill<sup>9</sup> ei<sup>9</sup>. singunt: & vt coma regia: vel Nisi megarensum regis: a sylla eius filia abrasha & minoi tradita & tandem inter astra locata. vel potius berenices reginæ. Nam cū Ptoleme<sup>9</sup> berenice ptolemei & arsinoe filiam sororem suam duxisset vxorem: et paulo post in asiam cum exercitu proiectus fuisse: tradunt eam vouisse: si victor Ptoleme<sup>9</sup> redijisset se crinē detonsuram: atq; eovoto dānatam: hoc est eius rei compotem factam: crinē in veneris templo consecrasse: qui cū posstridie non apparuisse: egre id fereti regi: Conō mathematicus ei<sup>9</sup> gratiam captans dixit crinē inter sidera collocatum: idq; a rege cre ditum est visis quibusdam stellis crini non dissimilibus. & procyō id est anticanis a τρόπῳ quod estātē: & κυνοπ canis. Cicero in arato primam syllabam meo iudicio recte corripit dicens. Anticanem procyon graio qui nomine fertur. nam pro gr̄ecum corripitur. Est ergo procyon stella ante canem: quidam sīrium putant. et vt sup. vīsae (de quibus prius dictum est) sup. translatæ sunt in sidera. Et vt coruus. olor id est cygnus. lepus. ara. canis. lyra. cācer. et vīna atq; aliæ formæ coeli id est coelestium signorum supple translatæ sunt in sidera: quas supple formas: gr̄ecia mendax. Sic Iuuenalis. & qd quid gr̄ecia mendax audet in hystoria finxit: et quas facundia vatū finxit audaci cantu id est carmine audacter hoc est contra fidē et verisimilitudinem ficto. q.d. licet nomina deorum gētilium planetis & stellis attributa sunt non tamen ipsi continuo in celū trās lati censemuntur: nisi eo modo: quo & beluarum & inanimateorum figuræ in celo a poetis constitūtur. De omnium autem istorum metamorphosi ac translatione videbis Ouidium aut Iginum: longum enim & inutile esset singula persequi.

**Non ita naturæ speculati arcana sagaci**  
**Ingenio sensere viri: quos attica tellus**  
**Quos iudea tulit: babyloneq; antiqua magorum**  
**Clara rudimentis: bragmanarumq; reposito**  
**Ora iacens mundo: nudis vicina sophistis.**

**Primus Anaxagoras quadam cœlestia dixit**  
**Mente regi, non ille iouem: non ille mīneruam**  
**Non Maia semeleue satum præfecit olympo:**  
**Non lominum quēq; brevibus qui tanta lacertis**

Pa rthenices Catharinariæ Lib. III. Fo. LXX.

Corpora perpetuo nequeat conuoluere gyro.  
Aethica cæcropias docuit qui primus athenas  
Insignis virtute senex; simulachra deosq;  
Risit: & hic sophia & princeps ab Apolline vestro  
Dictus. & iccirco iussus potare cicutam.  
Matre Peritoniam veniens a stirpe Solonis  
Clarus Aristocles; humeris Plato dictus ab amplis:  
Cum comite Eudoxo nostram peruenit ad urbem.  
Quicquid ab habramo nostri didicere parentes.  
Transtulit ad graios: & ab his Academia terris  
Otta deos plures aufert. vnumq; fatetur  
Artificem mundi dominatoremq; deumq;.  
Magnus Aristoteles hominum figura perosus  
Lyncea in æthereos attollens lumina tractus  
Vidit in hac vnum mundi testudine numen:  
Et coluit. patrios ideo fugisse penates  
Euboicosq; lares fertur petuisse: diemq;  
Chalcide supremum longa clausisse senecta.  
Hic deus errantes miserans in imagine nostra  
Venit: & istorum fraudem detexit & artes  
Spirituum sacros quibus indulgetis honores.  
Hic deus. hunc vnum colimus. vobisq; colendum  
Dicimus. at plures luci præferre tenebras  
Et cœlo phlegetonta volunt: & funera vita,  
Huius in aduentu yester trepidauit Apollo

N iii

F. Baptista Mantuanus  
Squallidus: & vultu radios contraxit opaco;  
Tunc cecidere deum statuæ: simulachraq; miris  
Sunt contrita modis: vestri meminere parentes,  
Hunc solymivates perhibent vestraq; sibyllæ  
Sæcula facturum lustratis aurea sæclis.  
Huius ob imperium æternum promissaq; genti  
Regna suæ: nec forma meos nec sceptra nec ætas  
Sollicitant animos, bona nec mortalia ranti  
Ducimus, hoc etiam vestri docuere poetæ.  
Nam quid Lyriopes & graii filius amnis  
Vos aliud docuit, fragilis q; noxia formæ  
Blandimenta malis præbere incendia curis  
Et sibimet nec solum aliis inferre venenum?  
Et quid opes aurumq; Midæ monuere? quid ausus  
Quid phaetonis equi? nisi q; vota improba regum  
Divitiæq; abeunt pessum, secumq; ruinis  
Involuunt grauibus reges regumq; ministros?  
Dicite: Plutoni veterum prudentia vatum  
Cur subiecit opes? forsan quia viderat aurum  
Ex imo tellure trahi; sub montibus altis  
Aes lateri, argenti decor est in viscere terræ.  
Betica testatur regio, Pactolus & hermus  
Astipulantur, agunt etenim flauentis harenæ  
Divitiæ, fuluñq; trahunt cum piscibus aurum;  
Et quia sub terris ditem regnare volebant

Parthenices Catharinæ Lib. III Fo. LXXI.

Quæ tellure latent diti attribuere profundo.

Forsitan hæc fuerit ratlo quæmouerit illos.

Altera se nobis longe præstantior offert

Ad mores inuenta bonos: studiosa salutis

Consona dogmatibus nostris. Concedimus ergo

Divitias orcho: quia sunt fomenta malorum:

Etscelerum instrumenta: quibus subuertitur omne

Iusticiæ robur. cœcos quibus itur ad amnes

Sulfureos p lacus regnum implicabile ditis.

Non aliam ob causam mundi saluator iniquas

Appellauit opes: & lucra ferentia mortem

Distribuenda pios hominum mandauit in ysus.

Discite vestrorum monitis contemnere quicquid

Est mortale: omnem regna in cœlestia curam

Ferte. nec ætati: fluxæ neu fidite vitæ:

Mobile tempus abit: mora nulla fugacibus annis:

Nunc quoq; dum loquimur Cæsar tua præterit ætas

Anxia: nec gelidam tardat tua purpura mortem.

**C**Nō ita naturæ. &c. In hac parte responsionis suæ docet diuina martyris Augustinus in de ciuitate dei etiā attestatur philosophos quosdā melius de deo sensisse q; vulgus & indoctos principes: qui poetarū figmēta nō intelligētes: sed tñi credentes: errores ac supstitiones inumeras de dijs habuerūt. Ordo est. Viri. f. philosophi speculati. i. scrutates: sagaci. i. prudenti ac perspicaci ingenio: arcana id est secreta naturæ: nō sensere ita: vt sup. poetarū figmēta sonant & vulg⁹ credit: quos sup. viros: tellus attica. i. atheniensis: tulit. i. produxit: & quos iudea tulit: & quos babylon antiqua existēs clara rudimentis. i. doctrinis & eruditionibus: magorū. i. sapiētū quos babylonij ac perse magos vocat. sup. tulit: & quos ora: id est regio

bragmanarū: iacēs. i. sita sup. in mūdo reposito. p. reposito. i. longe posito & ab alijs regionib⁹ separato: & existēs vicina sophistis nudis. i. gymnosophistis. i. sapientibus in dię sup. tulit. De bragmanis sophistis. i. sapientibus: plurima in vita alexandri dicunt. quorū

**bragmanē** multa a strabone lib. xv. recitan: atq; inter cetera dicit: eos partim cū grēcis sentire: vt q; mūdus sit creatus & corruptibilis & sphericus: et q; cōditor et administrator oīm de⁹ vniuersū peruidit. &c.

**Gymnetē** Gymnetē aut̄ seu gymnosophistē in india nudi philosophantur. sub dio. i. ioue seu coelo. vnde & nomē accepérūt: nā τυμρού: grēci nudū dicūt: sophista aut̄ sapiens dicitur etiā verus licet nūc vul-

go pro eo qui petit videti sapientē potius q; esse: accipiat. hi philosophantur in mira austerritate vscq; ad. xxxvij. annū. postea remissius viuunt) Anaxagoras philosoph⁹ ille dixit primus: sup. iter philosophos grēcos: cœlestia sup. corpora: regi. i. gubernari: quadā mēte: quā s. primā intelligentiā vocat. Ille. s. anaxagoras: nō p̄ficit: id est p̄ficiendū cēsūt: olympo. i. cœlo: iouē: nō minerā: nō satū. i. genitū: maia. s. mercuriū: ve pro vel: satū semele: videlicet bacchū: non etiā quēq;. i. quēuis hoīm: qui nequeat cōoluere ppetuo gyro id est perpetua reuolutione: corpora tanta. i. tam magna vt sūt cœlestia: lacertis. i. brachijs: breuibus. Senex. s. Socrates: insignis virtute: qui p̄imū docuit athenas cæcropias. i. a cæcrope rege sic dicas: æthica. i. moralia: primus enī de moribus disquisiuit: vñ philosophiā de cœlo in terras auocasse dicitur. eo q; qui prius cœlestia scrutabāt: ipso monitore se scrutari incepert: quomodo honeste ac decenter degant: et in quo sumū bonū constituent p̄quirentes risit simulachra et deos. i. quos vulgus deos putauit. et hic. s. deorum derisor. dictus. i. iudicat⁹ est: ab apolline vestro. i. quē vos colitis & veridicū iudicatis: princeps sophiē. i. sapientiē nā chere-

**Socrates.** phonti socratis discipulo apollinem consulentī quēnā in terris sapiente censeret: ipse socrates sapientissimus oīm pronūciatus est: q; res illi summā inuidiā peperit: falsoq; criminatus cicutā diē clausit in carcere atheniensi. Vñ Iuuenalis. Inopē vidiſtis athenē nil p̄ter gelidas ausē conferre cicutas. Accusauit autē melitus q; iura violaret: et q; ex istimaret deos non esse: quos ex maiorum iūlito suscep̄t: ciuitas athenarum: & q; alia noua dēmonia induceret: et q; cōtra ius et fas iuuenes corrumperet. Fuerūt etiam accusatores Anytus et Lycon vnde anyti reum Horatius vocat.) Et iussus suppleē Socrates potare cicutam id est succum cicutę herbae frigidissimae & venenosę. idcirco: quia scilicet deos esse negauit. Aristoteles clarus scilicet inter philosophos: veniens stirpe Solonis: illius nobilissi-

mi athenarum principis et legislatoris ob virtutem tamen a tyranno expulsi: matre peritonio*i.e.* ex parte matris peritonie: dictus: id est denominatus ab amplis humeris Plato(nam  $\tau\lambda\alpha\tau\nu\sigma$  latutus dicitur: cum autem pri<sup>o</sup> vocaretur Aristocles ab Aristone pa-lestrita vocatus est Plato. habuit patrem quoq; Aristonem & ma-trem peritoniam: auditor fuit socratis: quo mortuo cratylū & her-mogenē praeceptores habuit: & megara euclidem: vnde Cyrenen proiectus Theodorum philolatum & eurytum pythagoreos audiuit: deinde petijt ægyptum comite( vt hic dicitur) eudoxo (vt alij volunt) euripede: & multa a prophetis et sacerdotibus didicit: re-uerfusq; athenas in academia habitatuit: ter militauit: ter nauigauit in siciliam. semel venundatus est. Adeo autem in omni genere dis-ciplinarum & præsertim in philosophia excelluit vt & diuin<sup>o</sup> Pla-to et philosophorum homerus vocatus sit: sed ad ordinem redéo ipse inquam Aristocles dictus plato: peruenit cum eudoxo comi-te ad nostram urbem scilicet alexandriam: & transtulit ad graios: id est græcos quicquid nostri parentes .i. maiores nostri didicere ab habramo: patriarcha scilicet(Nam vt pri<sup>o</sup> dixi sicut ab habraā fit latine habraamus: ita ab habram(quo nomine ille vocatus est) fit habramus. Habramus autem siue habram cum tempore famis in ægyptum commigrasset: egyptios arithmeticam & astrologiā primus docuit: vnumq; deum p̄dicauit) et academia vicus ille athe-niensis vbi plato postea p̄cepit: orta ab his terris id est prudentiā suam habens ab ægyptijs: aufert: id est negat esse plures deos: & fa-tetur vnum artificem: id est factorem mundi: et dominatore et deū Aristoteles magnus scilicet philosophus: perosus: id est perfecto odio prosequens figmenta hominum: attollens lumina lyncea: id est p̄spicacissimos oculos quales lynceus habuisse dicitur(cui<sup>o</sup> me-minit Seneca in medea: & Horatius in prima epistola dicens. Nō possis oculo quantū contendere lynceus: nō tamen idcirco cōtem-nas lippus iungi in tractus æthereos: id est regiones & orbes coele-stes: vedit in hac testudine mundi id est corpore coelesti testudinis formā hebēte: vnu numē. i. vnu deum. videlicet vnu primū moto rem: & coluit sup. illud vnu numē( ob qđ accusat<sup>o</sup> in chalcide fecerit vt in vita ei<sup>o</sup> cōstat) & ferī fugisse ideo periates patrios: & petijs- selares euboicos: & clausisse diē sup̄mum: longa senecta. i. cū iā diu vixisset: chalcide. i. in ea ciuitate eubœ regiōnis. (Verū huic loco obstat videtur quod in fine primi hui<sup>o</sup> dictum est. q; videlicet Ni-comachi proles mutabile corp<sup>o</sup> Contemplata: deum sicco p̄trās̄it ore. Sed dicemus illic dictum ē q; sepe errauerit: et parū deo bñ

Plato

senserit: venū tñ vt hic dicitur adyn⁹ primi motoris cognitionem  
 peruenit quē deū esse credit̄ hic deus. s. vñus est artifex & dñator  
 oīm: miserans errātes. i. hoīes: venit in nostra. i. humana: imagine  
 & detexit. i. aperuit & manifestauit: fraudē et artes. i. astutias istas  
 spirituū quib⁹ indulgetis sacros. i. diuinos honores. hic. s. q. venit  
 est sup. deus: & nos colimus hūc vñū. i. solū: & dicimus. i. p̄dicam⁹  
 colendū vobis: at. i. sed: plures. i. valde multi volūt p̄ferre. i. affer-  
 te & p̄ponere: luci tenebras: & coelo phlegetōta. i. infernū: & vita:  
 funera. i. mortē. V ester apollo. i. quē vos colitis: trepidauit. i. timo-  
 re cōctissū est: existēs squallidus. i. iūlūtus et tristis in adūetu huius  
 scilicet dei. hoc ē xp̄i: & cōtraxit radios. s. prioris lucis: existēs vul-  
 tu opaco. i. dēlo et tenebroso. et tūc statuē deū. i. deorū cecidere: &  
 simulachra deorū sūt cōtrita. i. cōfracta: miris modis: quia nō vides  
 bantur qui ea cōterebāt: vestri parētes meminere hūc. i. mētionē fe-  
 cerūt hui⁹. vates. i. p̄phete solymi. i. iudei & vestre sybillē phibēt  
 id est attestant hūc facturū secula aurea: & hoc seclis: p̄ seculis sup.  
 priorib⁹: lustratis. i. purgatis. de qua re virgili⁹ sybillina carmina  
 recēsens egloga. iiiij. multa xp̄i nativitati cosona ponit. Nec forma  
 id est speciositas mea: nec sceptrā. i. regalis dignitas mea: nec etas:  
 id est iuuēta mea: sollicitat̄. i. sollicitos facere possit̄ aīos meos: ob  
 eternū imperiū hui⁹. s. dei & ob regna promissa. i. q. ip̄se p̄misit suae  
 genti. i. christigenis: dura erit reciprocatio: regna p̄missa suēgenti  
 nisi dixeris: promissa. i. q. ip̄se promisit: aut suae. i. propriē & debite  
 genti: quia dedit potestatē filios dei fieri: ijs q. credūt in noīe eius.  
 Nec nos ducimus. i. estimamus: bona mortalia. i. trāsitoria et tēpo-  
 ralia: tanti vt sup. propterea coelestia deserainus. Vestri poetē: id ē  
 græci docuerunt etiā hoc. i. bona tēporalia nō esse magni facienda  
 Nā quid filius lyriopes et amnis graij. i. græci. s. æagri: hoc est Or-  
 phēus (quē tñ Virg. filiū calliopej seu calliopes muse in bucolicis  
 dicit. Vñ quidā calliopes nō lyriopes legunt. Alij etiā apollinē non  
 æagrū fluuiū thraciæ patrē habere dicūt) docuit vos aliud q. blan-  
 dimenta noxia. i. nocua: formæ fragilis. i. cito peuntis: p̄bere incē-  
 dia: malis. i. noxiis curis (nō enī omnes curæ male sūt. sed vt Iuue-  
 naliſ dicit. Rara est cōcordia formæ atq. pudicitia). Orpheus autē  
 eutidicē misere amatuit: vt quarro georg. Virg. recitat) & inferte si-  
 bimet nec solū (pro nedū) aliis venenū. i. perniciē. Multi enī ppter  
 prēstantiā formæ perierunt: & quid opes. i. diuinitæ et aurū midæ: &  
 quid ausus: et quid equi phaetōtis monuere sup. aliud: nisi q. ip̄ro-  
 ba vota regū et diuinitiae regū: abeunt. i. dilabunt. pessum. i. in con-  
 cūlationē et nihilū & q. inuoluunt secū reges & ministros regum

grauibus ruinis? q.d. nihil aliud poetæ per hoc monuerūt. Midas fuit rex phrigiae opulentissimus. vt herodotus libro primo docet: cuius pater Gordius noſe ab agricultura ad imperium est electus: qui de suo nomine gordiam ciuitatem inter phrigiam maiore & minorem a ſe conditam denominauit: vbi & plaustrum quo aliquando vſus erat aſſeruabatur. Quia ergo ex agricultura patris ad immensas opes electus est midas: qui eis vti nequiuit: quia obtuso ingenio & duris auribus marsiae victoriā contra apollinem dedit: finixerunt poete eum impetrasse a diis: vt quicquid tangere aurum fieret: atq; ita inedia ab ſumptu: verum eusebius dicit eum sanguine tauri epoto extinctum. Phaeton autem apollinis ſeu ſolis & clymenes nympha filius: vt ſe ab apolline origine trahere probaret a patre impetravit currus eius gubernationē: cui cum impar eret in padum incidit: quem & a ſe eridanū denominauit. Nam phaeton idem eft qui & eridanus. Fabula ponit ouidius in fine primi et in principio ſeundi metamorphoſeos. Dicte o rhetores ſupple cur prudentia veterū vatum: id eft poetarū (qui iſdem theologi fuerunt etiam augſtino teſte: vt orpheus linus & inuſeus) ſubiect plutoṇi: id eft diti: hoc eft deo inferiorū: opes id eft diuitias. forſan ideo quia viader aurum trahi ex ima tellure: id eft ex viſceribus terrae. æs id eft quodlibet genus metalli latet ſub altis montibus. decor argenti eft in viſcere terrae. regio bethica q̄ in finibus hispaniae eft a bethisfluuo denomiata: qui cū tago aurifero fluuio originē trahit e boeti mōte vbi ſunt argenti metalla. Bethica ergo regio teſtatur q̄ decor argenti eft in viſcere terrae: & pactolus in asia fluuius aurifer: & hermus fluuius lydię etiā aureas harenas habet: altpulatūr. i. suffragant huic ſententia. etenī quia certe ipſi agunt. i. impellūt ſuo fluxu diuitias harenæ flauētis. i. aurei coloris: & trahunt cū pīſcibus aurum fuluū. Et quia veteres poetæ volebat ditem. i. plutoṇē regnare ſub terris ipſi attribuere diti. pſundo. i. infernali ea q̄ latent tellure. i. in terris. (Macrobius tamen in de ſomnio ſcipionis alias cauſas quoq; affigat docēs post mortē homines diuities fieri in æliseis cāpis) forſitā hec fuerit ratio q̄ mouerit illos: ſcilicet poetas ad hoc fingendū. Altera ſuppleratio inuēta ad bonos mores: exiſtēs lōge pſtantior & ſtudioſa ſalutis et cōfona noſtris. i. christianis dogmatib⁹: offert nobis ſe. i. pſto eft. Nos cōcedimus orcho i. plutoṇi diuitias: ergo id eft ideo: quia ſunt formēta maloḡ & instrumenta ſceletū: quibus omne robor iuſticiæ ſubvertit. (Multi enī per diuitias corrūpunt.) & quibus itur ad amnes cēcos i. ifernales: vbi tenebræ palpabiles oēs vt cēcos efficiūt caligine: & lacus ſulphureos: appofitorie: re-

Midas

Phaeton

O

gnū implacabile ditis. i. principis inferni: qd̄ implacabile est: quia  
nequeūt ignoscere manes. In inferno enī nulla est redēptio. Salua  
tor mundi. s. Iesus christus appellauit ob nō aliā. i. ob eandē cām:  
op̄es. i. diuītias iniquas: & mādauit lucra ferētia. i. afferentia mortē  
supple æternā distribuēda in pios vsus hominū supple egenorum  
dicens. s. Luce. xvi. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis:  
vt cum defeceritis recipiat vos in æterna tabernacula. discite mo-  
nitis. i. per monita vestrorū supple doctor̄ & poetarū: contēnete  
quicquid est mortale. i. corruptibile: & fertile. i. dirigite omnē curam  
in regna coelestia: nec fidite. i. cōfidite ætati: neu. i. neue vitæ fluxæ  
id est cito effluenti. tēpus mobile. i. quod ex motu depēdet: vel qd̄  
assidue fluit: quia tēpora labūtur more fluētis aquæ. nulla mora est  
annis fugacibus. i. assidue fugiētibus. o cēsar: tua ætas anxia: id est  
curatū plena: p̄terit quoq. i. etiā nunc dū loquimur. (Sic persius.  
Vt uie memor lāti: fugit hora: hoc qd̄ loquor inde est. Et iuuenalis.  
Festinat decurrere velox Flosculus angustæ miseræq. breuissima  
vitæ Portio dū bibim⁹: dum fertaynguēta pueras Poscimus: ob-  
zepit nō intellecta feneſt⁹.) nec tua purpura. i. regalis vestis tardat  
gelidā mortē. Ex p̄cepto rhetorico q̄ maxime moueant ad terrena  
cōtemnēda: & ad libidinē refrenandā: in fine ponit.

Finis erat verbis: vno cum rhetores ore  
Nil veriti regem(res admiranda) superbū

Sacrilegum quiddā simulachra deosq; fatentur.

Incestumq; iouem: subitoq; afflata repente

Numine tota cohors victorem extollere christū

Cœpit: & in summā fidei prorumpere laudem.

Torua supercilium maxentius ora minaci

Tollit: & accensus flagrantī corda furore

Ela ta Vocat arma manu. cītus arma satelles

Admouet. accusu proceres tenuere citato

Talibus ardentem furijs. subuersa tumultu

Omnia p̄cipiti. postq; sedata parumper

Parthenices Catharinatæ Liber III Fo. LXXIII

Ira. leues animos dixit quæ mouit herinnis?  
Quis malus inuasit nurantia pectora dæmon?  
Ergo ne foemineæ potuerunt vertere nugæ  
Vos quoq; vos inq; quos defendenda deorum  
Causa peregrinis ad nos contraxit ab oris?  
Hoc honor exhibitus vobis: hoc dona meretur  
Hoc suspensa tolo! sicut nos sic omnia romæ  
Numina negligitis? quæ tanta ignavia! multos  
Vna puella viros superat. pro dedecus: inter  
Milia tot præstantum homini certaminis huius  
Præmia fert mulier: sic rex. concorditer omnes  
Respondere viri. quid nos terrere minando  
Niteris: illabi manifestum in pectora numen  
Sensimus: & rutilare sacro caput illius igne  
Vidimus: & labi flamas ex ore loquentis.  
Vincimur a superis: & vici! ponimus arma.  
Da veniam cæsar. Christi transimus ad aras.  
Iuppiter & proles & numina falsa valete.  
Cæsaris exemplo facies excanduit: ardent  
Lumina: labra tremunt. rauco clamore ministros  
Conuocat: infandum facinus iubet: ore tragœdo  
Atq; sophocleo scelus enarrabile cantu.  
Tollite sacrilegos clamat: iugulate deorum  
Sacra prophanantes: auibusq; epulanda per agros  
Exta date, hæc illis sint præmia: yadat ad yibes

III. XXI. F. II. Baptista. h. Mantuani

Fama peregrinas: tantæ victoria pugnæ  
Has habeant lauros, hæc gloria segnibus esto.  
Ite rogum ingentem struite: & date corpora flammis:  
Et cini sæquoreas vento rapiatur in vndas,  
Tali a fulmineo iaculans late intonat ore.  
Attoniti tenuere omnes, feralibus armis  
Circunfusa cohors vincitos prætoria ducit  
Rhetoras: & magno circu strepit agmine miles.

**C**Finis erat verbis. Docet conuersione rhetorū: & furorem sermo-  
nēq; maxentiū. Ordo est. Finis erat verbis: scilicet catharinæ: quū  
id est quādo: rhetores nūl. i. in nullo: veriti: id est timētes: regem su-  
perbū: scilicet maxentiū (que supple est res admirāda) fatētur vno  
ore. i. cōcorditer loquētes: simulachra & deos. i. simulachra deorū  
esse quiddā factilegum: id est sacros: hoc est diuitios honores sacrif-  
lege vsurpans: & fatētur iouem incestū. i. nō castum sed adulterū &  
stupratorē: et tota cohors: scilicet rhetorum afflata repente: subito  
numine scilicet spiritu saneti: coepit extollerere. i. exalta: christum  
victorē: & proutipere: scilicet silentia. i. vocem extollere in summā  
laudem fidei: scilicet christianæ. Maxētius tollit. i. erigit: ora torua  
superclilio minaci: et accensus corda. i. habēs corda accensa: furore  
flagrati. i. æstuanti: vocat id est voce petit arma: & hoc manu elata  
id est extensa ad ea capiēda: satelles. i. minister ad seruitū eius astas  
citus. i. festinus: admouet id est porrigit regi arma: vt pote gladiū:  
sed proceres. i. principes astates: tenuere. i. retinuerūt supple maxē-  
tium ardente talibus furijs: tenuerūt dico accursu citato: id est acce-  
lerato: hoc est celeriter accurrites. Omnia supple sunt subuersa pre-  
cipiti tumultu. i. cōmotione. Postq; ira supple regis est sedata pa-  
rumper: dixit que erynnis. i. quis furor: mouit id est subvertit leues  
animos supple vestros o rhetores. Q uis malus dæmon inuasit pe-  
ctora nutantia. i. vacillatia & incerta. Ergo ne (interrogatio est fi-  
gurata qua indignates vti solent: vt Augustus. Ergo ne supmis  
potuit vox improba verbis Tam dirum mandare nephias: ergo  
ibit in ignes.) Ne id estan: ergo foeminae nugæ: id est verba nu-  
gosa a foemina proleta: potuerunt vertere. i. a proposito mouere.  
(vt primo æneidos, Quæ te genitor sentētia vertit?) quoq; i. etiā

vos! Vos inquā quos causa deorū defendenda. i. vt defenderetur:  
 cōtraxit ad nos: ab oris. i. regionib⁹ peregrinis. i. externis & longe  
 positis. Anne supple honor exhibitus y obis merē hoc. i. vt deos  
 vilipēdatis victia puella. An dona. i. præmia suspensa hoc tolo. i.  
 hac trabe erecta: merentur hoc: negligitis sic nos: negligitis ne sic  
 omnia numina romæ. i. quæ roma colit: quæ supple est tanta igna  
 uia: id est segnices & inertia animorū vestrorū: yna puella superat  
 multos viros. Duplex causa indignationis: & q̄ pueri viros: & q̄  
 yna multos superat. Pro( interiectione indignatis & neq̄ c neq̄ aspi  
 rationem habet) dedecus. q. d. o detestabile dedecus: mulier fert. i.  
 aufert & secū fert præmia huius certaminis: inter tot milia præstan  
 tum hominū: id est in cōspectu tot præstantiū virorum: vbi igno  
 miniosius est vincī q̄ in loco seposito. Sic rex supple locutus est.  
 Omnes viri: scilicet rhetores: respōdere concorditer. quid o rex: ni  
 teris. i. conaris: terrere nos minādo. i. per minas tuas. Nos sensim⁹  
 id est percepimus: numen manifestū. i. manifestis indicis apparet  
 illabi in pectora illius: scilicet virginis. & vidim⁹ caput illius ruti  
 lare. i. chorus care sacro igne: & vidimus flāmas labi ex ore loquētis  
 quæ indicia sunt præsentię spiritus sancti. Nos vincimur a superis  
 id est a deo coelesti: nō a puella: & nos victi ponimus. i. deponim⁹  
 arma. i. resistentiā. O cæsar da veniam. i. ignosce aut patere æquo  
 animo: nos trāsumus ad aras christi. i. sacrificare volumus christo.  
 tu ergo o iuppiter: & proles supple iouis: et vos falsa numina va  
 lete. i. discedite a nobis. Quia enī ijs a quibus discedere volumus:  
 dicimus valete: tractū est valere ad significationē discedendi aut  
 abeundi. Vnde comicus. Valeāt qui inter nos dissidium querunt.  
 Facies cesaris excāduit. i. inflānata est: extēplo id est illico: e vesti  
 gio: quod tractū volunt ab augurijs: in quibus désignato téplo &  
 dicente aut clamāte augure extēplo: omnes illico aufugiebāt ne au  
 guriū impediāt. vnde tractū est vt extēplo sumatur pro eo qđ est  
 tam cito vt fugiunt quibus dicitur extēplo.) Lumina. i. oculi eius  
 ardent: labra tremūt: quæ omnia furētis indicia sunt: cōuocat cla  
 more rauco. i. voce rauscēte aut ppter vehementiā aut propter cō  
 motionē: ministros. i. satellites suos: & iubet ore tragædo. i. terri  
 bili exclamatiōne quali vtūtur tragædi: qui infortunia regū agūt:  
 atq̄ iubet scelus enarrabile. i. dignū qđ enarretur: cātu sophocleo:  
 id est carmine tragicō in quo sophocles excelluit. & clamat: tollite  
 .i. auferte vel abstrahite hinc sacrilegos: & iugulate. i. occidite petē  
 do iugulū. i. partē gutturis: prophanātes. i. eos qui prophanāt. i.  
 procul a phano cēsent: hoc est violat sacra deoꝝ: & date exta eorū

Valere

Extēplo

O iij

Segnis.

epulanda auibus p agros. hec sint illis p̄mia: fama vadat ad v̄bes peregrinas: & victoria tantæ pugnæ supple vadat. i. diuulgēt: ad v̄bes peregrinas. habeāt ipsi has. i. huiusmodi lauros. i. coronas ex lauro victoribus debitas: hoc est habeāt haec tormenta loco laurorum. hec id est huiusmodi gloria. i. summa cōtumelia: esto id est detur segnibus. i. ignauis ( Segnis enim dicitur ignauis & tardus: quasi seorsum ab igni q̄ maxime actius est. ) Ite struite. i. cōstruite ingentē rogum. i. pyram: & date corpora eoz flāmis: et cinis sup. combustorū rapiatur vento in vndas æquoreas. i. in mare dispergatur. ( P̄cepit ergo ne sepelirētur: nec in vrnā cōderetur cinetes multis enī nationibus honestissima v̄sa est sepultura: comburi & cinetes in vrnā condī: vt persis & indis et nōnullis romanis. vel quia credebāt omnia potissimum ex igne constare: aut quia verebantur corpora sua aliquādo posse erui: quod alijs euenisce consperxerant. Sed quæres quomodo hec cōstant: q̄ iugulare iubet & in agros spargi: & postea comburi? dices nō cōstante: sed incōstantis animi indicia esse: quia ergo furibundū significat cæsarem: nō est præter decorū si inconstantē & repugnantē ei dat sermonē. ) Cæsar supple faculās. i. violenter ejiciens talia supple verba intonat late ore fulmineo. i. sic cōmoto ac si fulmē emitteret: oēs supple astates tam rhetores q̄ alij: attoniti. i. stupefacti quasi tonitru percussi: tremuere scilicet horrore. cohorts p̄toria. i. ministrorū p̄toris circūfusa armis feralibus. i. letiferis & mortalibus: quia antiqui morte feram dixerunt eo q̄ nemini parcat ( sed fera primā corripit: feralis producit. vt ænci. iiiij. Solaq culminib⁹ ferali carnine bubo Vifa queri) ducit rhetoras vinclatos: & miles circūstrepit magno agmīe. Si dicere velis poetice p̄positionē esse sublatā: ordo esse poterit: cohors ducit rhetoras vinclatos p̄toria. i. ad carcerē p̄toris: sed si cohors est p̄atoria: notum est quo ducat.

Ferale.

Voce recedentes tali catharina monebat:  
**Ite triumphales auimæ superate tyrannum:**  
**Ite alacres, hodie vobis referantur olympi**  
**Limina: momentum mors est. vbi transit: aether**  
**Panditur: & liber petit ignea spiritus astra,**  
**Ite domos cœli sanctosq̄ intrate penates.**  
**Ite: sequar, nec vos sacri iactura lauacri**

Parthenices Catharinariae Liber III Fo. LXXVI

Terreat: abradet scelus omne salutifer ignis.  
Nec mora: comportant alij sarmenta trabesq;  
Materiam arentem: & sylva: virgulta saligna:  
Et piceas alij pinos & odora cypresi  
Robora: iuniperi ramos: campoq; patent<sup>i</sup>  
Construxere pyras: adipem fomenta q; flammis  
Plurima subi; ciunt: olea q; liquoribus addunt  
Sulfura certatim: coit omnis turba: viæq;  
Eructant hominum turbas. velut aggere fracto  
Cum padus in virides spumanti vortice campos.  
Insilit euertens segetes: spemq; obruit anni  
Subiecere faces. salit ardua flamma: comamq;  
Spargit: & in nubem fumi glomerantur opacam:  
Corripiunt vincitos bini: stringuntq; retorto  
Fune manus & fane pedes: iaciuntq; per altos  
Ingenti clamore rogos. surit ignis: & ardor  
In mentum salit atq; comas stridore corusc<sup>o</sup>  
Tanta sacerdotes alaci spectacula vultu  
Conspicunt: tabulisq; iuvant incendia iactis.  
Cæsar is extollunt animos. vrgentq; ministros.  
Et rediisse deum libamen & orgia gaudent  
Extinctis mox busta viris cecidere: nec artus  
In cineres abierte: togas & corpora lambens  
Leniter abstinuit viresq; coercuit ignis  
Ipse suas: sanctos veritus tractare, sepulchro

O iiiij.

F. III. Baptista Mantuani  
Christigenæ intrepidi sublata cadatiera ponunt  
Suppliciter fientes; & tristia funera ducunt.

**C**Uoce recedentes tali catharina monebat. Ponit confortationē diuæ virginis ad rhetores & ipsorum martyriū. Ordo est. Catharina monebat recedentes: scilicet rhetoras tali voce. i. tali sermone O animæ triūphales: id est de tyranno triumphature: ite: superate tyrannū: ite alacres: quia limina olympi referatur: id est aperiūtur vobis hodie. mors est momentū: id est in momento pertransiens: & ubi: id est postq transiit æther. i. coelū: panditur id est aperitur: & spiritus liber ab omni peccato & cōtagio mortalitat̄: petit astra ignea: id est rutilantia more ignis. Ite: intrate domos coeli: & sanctos penates. i. thalamos cœlestes. Ite: ego separar: nec iactura. i. damnū ex omissione sacri lauacri: id est baptismatis fluminis: terreat vos. quia ignis salutifer: id est afferens salutem: abradet omne scelus. tam originale q̄ actuale. & ita baptisabantur baptismo flaminis. Nec mora supple fit. Alij id est aliqui ministros cōportant farmenta. i. putamēta vitium: & trabes: materia scilicet ignis: arenam. i. aridā: & virgulta. i. minores virgas: siluae salignæ. i. salicūm arborū dum siccæ sunt cito flamas recipientiū. & alijs comportant supple pinos. i. lignū pini quod resinā habet: & robora odora. i. truncos odoriferos cypressi: & ramos iuniperi: et cōstruxere pyras id est ingentē struem lignorū ad incēdium faciendū: campo patēti id est largo: & subiiciunt flammis adipē. i. pingue: et plurima foimenta: id est nutrimenta ignis. & addunt certatim. i. cum certamine & studio superādi: liquoribus oleæ. i. oleo qui fructus est oleæ: sulphura. omnis turba coit. i. congrereditur: & viæ eructant: id est euomunt turbas hominū: velut. i. sicuti supple eructātur: hoc est confluunt hoies: cum. i. quando: padus: fluuius ille maximus in italia: qui & eridanus dicitur. (Vnde geor. primo. Fluuiorū rex eridanus camposq; per omnes Cum stabulis armēta tulit.) insilit in virides cāpos: vortice. i. gurgite aquarū circūuertente: spumante id est ex ipetu nimio spumas emitte: & hoc aggere fracto. i. ripa ab aquis disrupta. insilit dico: euertens segetes: & obruit. i. immergit: spem anni. i. frumenta in quibus agricultorū spem de penu annuo reponūt. Postq supple ministri subiecere illis pyris. i. extrectis: faces: flama salit ardua & spargit comā. i. radios & scintillas in modū comæ: et fumi glomerātur. i. circūuoluunt in atrā nubē: & sup. ministri bini id est quod vulgo dicitur duo & duo: corripūt. i. celeriter capiunt supple singulos rhetores vincitos: & stringunt. i. stricte ligant: fu-

Parthenices Catharinæ Lib. III. Fo. LXXVII.

ne retorto. i. chordis ſepe tortis manus & pedes: & iaciunt. i. piſciunt  
ſup. eos p altos rogos; ſup. cū ingenti clamore. Ignis furit. i. ferui  
de ardet: & ardor ſalit in mentū. i. barbā atq; comas: ſtridore choſu  
ſco. i. choruſante. Sacerdotes. f. gentiles conſpiciunt rāta ſpectacu  
la alacri vultu: & iuuant. i. augmentat: incendia tabulis iactis. i. in  
fectis: et gaudent libamen. i. ſacrificiū et oblationē: & orgia. i. festa  
deum. i. deorū: rediſſle. i. iterū celebrari. Buſta. i. bene vſta. hoc eſt  
ſtruſe lignorū exuſtorū cecidere. i. reſoluta ſunt in cineres: mox. i.  
ſtatiſt poſt: et hoc viriſ extinctiſ. i. ſuffocatiſ in flāmī et mortuiſ  
nec artuſ. i. mēbra ſup. viroſ hoc eſt rhetoruſ: abiere. i. reſoluta ſunt  
in cineres: quia ipſe ignis lambēſ. i. contingēſ: leniter. i. ſine impe  
tu & cōbuſtione togas. i. indumenta rhetoruſ & corpora eorū: abſti  
nuſ et coercuit. i. repreſſit vires ſuas: veritus. i. timēſ: tractare ſan  
ctos. f. martyres. Christi genē flenteſ ſuppliciteſ. i. tenere et humili  
ter ut q ſupplicia patiūtur: ponūt ſepulchro. i. ſepeliunt: intrepidi  
i. ſine tiore: cadauera ſublata. i. ſurſu aut clā elata: & ducunt triftia  
funera. Imitatio eſt virgilij imo totus uerſus virgilianus eſt: ſed in  
diuerſis lociſ: dicit tamē in primo. Suppliciter triftes, &c.

Cædū adhuc auidus Cæſar: nec criminē tanto  
Territus: at multo madidus poſt prandia bacchoſ  
Mandat ab obſcuris foribus cœcoq; reuulfam  
Carcere vītricem mensis aſtare puellam.  
Illa catenarum ſtrepiu per lata ſonante  
Atria: nil pauitans duri ſubit ora tyranni,  
Compoſito vultu & frontiſ feritate parumper  
Vixtandem poſita ſicto rex pectore fatur.  
Regia progenies virgo tua maxima virtus  
Inſigni nobis hodie certamine nota  
Conciliare potest tibi me: niſi noſtra vereri  
Sacra negas, uerſis igitur palinodia verbis  
Eſt dicenda palam. neū te male numina perdant  
Eſt placanda deum dictis melioribus ira,

F. Baptiste Mantuanus

Illa quid his iterum nugis me vertere tentas?  
Cæsar ait. Tu taxa colas. sine numina nobis.  
Forsan honoratis lapides; quia creditis olim  
Deutcalioneis homines de cotibus ortos.  
Talibus accensus dictis Maxentius altum  
Terrea clamabat date verbera, verbera lictor  
Expedit: & nudos humeros ac pectus apertum  
Virginis inuadens crebro ferit impius lictor  
Innocuum corpus. mīti gemit ore: deumq;  
Alloquitur virgo. nostri cape sancte cruxis  
Primitias. animum serua. sit victima fluxum  
Corpus: ut Habraamus seruato pignore sacrum  
Fecit & illustrem pecudis crux imbuuit aram  
Sic mea seruata caro concitat hostia mente.  
Sic ait. ex oculis lachrymæ fluxere tepentes  
Ora genasq; rigant. largus de vulnere sanguis  
Labitur: & terram cædes effusa cruentat.  
Suppicio affectam tali iubet ire sub umbras  
Nullaq; bisfenis præberi alimenta diebus.  
Vertitur abstergens oculos: gemebūdaq; pectus  
Velat: & in noctem la chrymans descendit opacam.  
¶ Cedis adhuc auidus. Recitat flagellationē & incarcerationē dñi  
virginis ac martyris catharinet. Ordo est. Cesar auidus. i. cupidus  
adhuc: cedis. i. percussionis aut occisionis: nec. i. & nō territus tan  
to crimine: at. i. sed: madidus. i. irrigatus & potus multo baccho. i.  
vino: post prādia. i. postq; pransus est: mādat puellā vietricē reuul  
sam. i. retractā ab obscuris forib: & cœco. i. tenebroso & yisum nō

Parthenices Catharinæ Lib. III. Fo. LXXVIII.

admittente: carcere: astante mensis. In quo ostenditur crudelitas & improbitas eius qui victorē non assidere sed astante mandat. Illa. s. catharina victrix: subit. i. igit̄reditur: nil. i. nullo modo pauitās ora: id est conspectū duri tyranni. s. maxētij. & hoc strepitu catherinā quibus vincita: sonante per lata atria. et rex fatur pectore ficto. i. si mulato tandem. i. post longam reluctancem: & hoc vultu compo-  
sito. i. ad benivolentiam simulandā: & feritate frontis: posita: id est deposita parumper. i. ad modicum t̄pis: fatur dico sic. o virgo: exi-  
stens progenies regia: tua maxima virtus: nota. i. cognita & p̄spe-  
cta nobis hodie insigni certamine. s. cū rhetoribus habito: potest  
conciliare. i. placari me tibi: nisi tu negas. i. renuis: vereri. i. reuereri  
& honorare: nostra sacra. Igit̄ ut sup. reconcilieris: palinodia. i.  
contracantatio aut recantatio hoc est prius dictorum reuocatio: ē  
dicenda palam. i. in p̄sentia omnium: & hoc verbis. s. tuis: verbis. i.  
in oppositā sententiā mutatis. ταλιπωδία hoc est palino dia  
recatatio dīci potest: et est cū male de quopīa scribētes deinde rescri-  
bentes bene de eodem scribimus: dicendi mutatio. Nam ταλιρό<sup>ς</sup>  
dicitur iterū: aut retro & ωδή cantus) neu. i. neue: hoc est vel ne nu-  
mina perdant. i. destruant: te male. i. multū & in perniciem tuā: ira  
deum pro deorum: est placanda. i. sedāda aut mitigāda: melioribus  
dictis. Illa. s. catharina: ait. i. respondit o c̄esar: quo. i. ad quid: ten-  
tas. i. conaris iterū vertere. i. mutare in p̄posito: his. i. huiusmodi:  
nugis. i. inanibus verbis? Tu colas saxa. i. idola saxea: & sine. i. cō-  
cede & derelinque nobis numina sup. colēda. i. vertum deū. vos ho-  
noratis forsitan ideo sup. lapides: quia creditis hoies ortos olim. s.  
tempore diluuij: de cotibus. i. duris lapib⁹: deucalionis. i. a deuca-  
leone post terga projectis. Deucalionis enī & pyrrhē téporibus vt  
narrat Ouidij lib. primo metamor. aīt̄ diluuiū per vniuersam ter-  
ram fuisse: quūc̄ ipsi duo tātūmodo: quia optimi essent restitissent  
vecti. s. parua rate in parnasī montis phocidis cacumina: nam cete-  
ra texerat equor Themidis oraculo ducti suadentis. s. vt ossa ma-  
tris post terga iacerēt tandem lapides post terga iecerunt: Inq̄ breui  
spacio superiorum numine saxa missa vīti manibus faciē traxerevi  
rorum. Et de foemineo reparata est sc̄emina iactu. Inde genus durū  
sum⁹ experiensq; laborum. Et documenta damus qua simus origi-  
ne nati. Veritas ramē alia est. Nā vt Iustinus lib. ij. scribit. Amphi-  
theonis athenarum regis t̄pib⁹ aquarum illuīes maiorem grēcie  
partem absūpsit: superfiuere quos refugia montium exceperunt:  
aut qui ad deucalionem thessalīæ regem ratibus euecti sunt: a  
quo propterea genus humanum reparatum dicitur: & saxeum q̄

Palinodia

Deucalio;

F. Baptista Mantuanus

Verbera.  
Nudus.  
Nudatus.

ille faxosa loca inhabitaret, Maxentius: accensus. s. ira: talib⁹ dictis  
scilicet catha. clamat altū. i. alte (nomē pro aduerbio) date ferrea. i.  
durissima verbera: lictor expedit. i. expedite dat verbera. i. flagella.  
(Nam verbera instrumēta verberantū sūt: potius q̄ ictus) et inua-  
dens humeros nudos. i. nudatos quia nudū est qđ nō cooperit  
vt facies: nudatū qđ prius tectū fuit: vt humeri virginis ac pectus  
apertū. i. nudatū & discinctū virginis. s. catharine: ferit. i. percutit  
existens impius: crebro. i. frequenti ictu: corpus. s. virginis: inno-  
ciuum. i. qđ nulli nocuit. Virgo gemit. i. sumisso plorat: miti ore: &  
alloquitur deū: dicēs sup. o sancte sup. deus: cape primitias. i. pri-  
mas oblationes: nostri cruxis: et serua animū: corp⁹ fluxū. i. cadu-  
cum & fragile & assidue ad interitū fluens sit: victima. i. sacrificium:  
vt. i. quomodo: habraamus. i. habraā: fecit sacrū. i. sacrificium: pi-  
gnore. i. filio ylaac: seruato: & crux pecudis. i. arietis imbuit. i. ma-  
defecit: arā illustratē ipsū abraam: sic. i. eodem modo mea caro conci-  
dat. i. in terrā corrutat existens hostia. i. oblatio: et hoc mente serua-  
ta. s. illesa. Sic ait sup. catharina. Lachrymē tepetē fluxere ex oculis:  
& sup. rigant. i. humectant: ora et genas: largus sanguis labī:  
id est profluit de vulnere (more poetico singularis pro plurali). i.  
de vulneribus: et cedēs. i. flagellatio effusa. i. vehemens vel effluēs:  
cruentat. i. crux spargit terrā. Maxentius sup. iubet sup. catha, af-  
fectam tali supplicio: ire sub ymbreas. s. carceris: et nulla alimēta p̄-  
beri. i. q̄ nulla alimēta p̄beantur ip̄ si: bissenis d̄iebus. i. spacio. xij.  
dierum. Virgo sup. vertit. i. abducitur a loco supplicij abstergens  
oculos (vel si legatur oculis. dic abstergens sup. lachrymas oculis:  
id est tergens oculos a lachrymis: sed potius oculos legam) & ip̄a  
gembunda: velat. i. cooperit pectus a carnifice nudatū: et ipsa la-  
chrymans descendit in opacā noctem. i. tenebras carceris. Nox enī  
est ymbra terræ.

Est locus æuos phœbī nascentis ad ortus

Arduus attollens vicina cacumina cœlo.

Thraicīa maior rhodope: sublimior ossa:

Pelion æmonium superans & culmen olympi:

Caucasæq; niues vbi sunt iuga maxima Tauro.

Ilic perpetuo vernantia gramine rura

Perpetui fructus æternaq; gratia florum;

Parthenices Catharinariæ Liber III Fo.LXXIX

Vernaq; temperies semper sine nubibus aer  
Lympidus, austē abest, boreas nō sibilat, eurus  
Exulat, occidua zephyrus non murmurat aura,  
Hic primæua quies homini: ieluna priusq;  
Inſoclix vetita viciasset guttura fruge:  
In medio fons est lato pulcherrimus orbe  
Quattuor vnde fluunt occulto flumina curſu,  
Nam tria secretis delapsa meatibus arcton  
Versus eunt: at mox verso reuocātur in auſtrum  
Tramite, ad æthiopes combustaq; ſolibus arua  
Defluit affiduis quartum, meroenq; refuso  
Gurgite complectens mēphitica regna peragrari.  
Ad vitrei fontis ripas in margine lato  
Sunt oleæ pingues, ſunt medica mala: cyprefſi,  
Et ſemper virides lauri, palmetaq; longis  
Frondibus: & pini pingues: & myrtle aſylua.  
Sunt & odoratae cedri ſecundaq; ſemper  
Ficus: & vua graui pendens in palmite, pruna  
Cærea, iuglandes: & amigdala, purpureumq;  
Quod tulit arctois pomum lucullus ab aruis,  
Prata ſub arboribus raris florentia ſemper.  
Lilia: ſerpillum: narciflus: amaracus: omne  
Gramen odoriferum: violæ: rosa: balsam us: arbor  
Thurea: myrrha: thymū: buxus: terebinthus: amomfū:  
Nardus: & aiacis frondes: rorisq; marini.

XIIII. F. III. Baptiste han Mantuanus  
Irrigoos circum riuos sua brachia tendunt.  
Innocui vitreo ludunt in gurgite pisces.  
Vbera distendunt pecudes, hic nulla leonum.  
Semina, non serpens: nec cauda scorpius ynca.  
Omnia tuta, cubant lepores; nec bella nec syllas.  
Insidias metuunt: cantu nemus omne volucrum.  
Personat: & florum per summa cacumina nectar.  
Libat apis, letumq; cauis opus aggerat antris.  
Nuncius ante pater summa quem miserat arce.  
Virgineo occurrens morbo: casusq; futuri  
Præscius: inde fauos illis & mella diebus  
Pomaq; decerpens dapis inconsueta ferebat.  
Xenia desertæ trans æquora lata puellæ.  
Hæc sunt illa quibus scelicem pabula vitam.  
Helias & socij longæua in sæcula ducunt.  
Omniaq; infuso curavit vulnera moly:  
Moly: quod omnigenis fecit deus vtile morbis.  
Nigra subest radix, viridis coma: floribus albet.  
Iam bissena dies ierat, reuocatur ab umbris.  
Ambrosum vultu referens catharina decorem.  
Nec tenuata fame nec tristis squallida nocte.  
Cæsar ut aspexit solitum decus oris honesti:  
Fraude ministrorū pastam putat: æstuat: ardet.  
Vociferans, trepidat mugitu regia tanto.  
Non secus ac nautæ pelago cum turbidus imber.

Parthenices Catharinariae Liber III Fo. LXXX

Ingruir: & rauco volitat cum murmure nubes  
Pulsa notho, tumet vnda, micat pice nigrior aer  
Ignibus: & tonitru ingenti tonat altus olympus  
Perdite custodes clamat vel mergite ponto  
Tergore consutos, sicutilis vel adurite tauris.  
Iussa citi gara mas nasamón maurisq; facesunt  
Marmoridæ: p; filli; numidæ: quibus vna libido  
Sanguinis, accensos miser i raptantur ad ignes,  
Vinculaq; iniiciunt pedibus: terraq; volutos  
Versatosq; luto & fœdatos puluere terga  
Ad tormenta trahunt, nihil illis mollia prosunt  
Verba p; cum, lachrymæ nihil inter verba cadentes  
Nil longi labor obsequijs: votisq; vocata  
Numina nil profundit, manet implacabile pectus  
Regis & indomitum virus medicamine nullo  
Frangitur, o infelix quæ te inclemencia cæsar  
Virgo ait innocuos homines torquere coegit:  
Nonego terrenis epulis: sed ab æthere missa  
Sum dape pasta dies bissex, qui pabula genti  
Per deserta dedit solymæ: cum vecta per vndas  
Aequore suspenso panchæos venit in agros  
Me quoq; certamen pro religione; fidemq;  
Afferere audentem pauit: sanavit: & ipsa  
Parta salus opus esse docet cœlestè, cicatrix  
Nulla per offensos ferro deprenditur artus.

XXXI. F. III. Baptista Mantuanus

Incipe sedata fieri clementior ira:  
Et neq; sanguineo similem te singe neroni  
Sed qualis traianus erat: vel iulia proles  
Augustus: qualesq; tulit gens flauia reges  
Et patrem & natum: quorum vestigia debes  
Sancta sequi si vis tanto succedere regno.  
Dignus eris si iustus eris, clementia reges  
Efficit imperio dignos: pro immanibus actis  
Crudeli mercede deus tibi digna rependeret  
Præmia, crudeles superi crudeliter vrgent.  
Vicit foemineo facundia iuncta decori.  
Sedatusq; parum cæsar: quo perdita virgo  
Visq; ioui differs inquit parere / iuuentæ  
Nec miserere tuæ: non te seruilibus vtar  
Obsequijs: nec enim id patitur tua forma nec atas.  
Assentire meis aliquando & subde rebelles  
Imperijs animos, quid me: respondit: iniquis  
Sollicitas verbis: & turpi pectora voto  
Foeda geris: cur sanctū audes violare pudore?  
More suum cœno assuetus sordescere nunq;  
Desinis: & mundæ nescis assuescere vitæ  
Sic tua te instituit venus: hæc documēta tuorū  
Casta deum, sunt hæc quibus assentire iubemur  
Imperia! hi monitus: vtrum tua prouida virtus  
Consulit ytilius nobis, humanane iussa

An diuina sequi? Quod amas deus odit, & audes  
Impugnare deum: cum sis morralis: ab urbe  
Ciubus hæc tamvana meis documenta tulisti?

Cest locus eos p.n.ad ortus. Docet quo pacto ab angelo fuerat  
in carcere refecta cibo paradisiaco: cuius occasione describit primo  
paradisum. Ordō est. Locus est ad id est apud eos. i. orientales  
phœbi: id est solis nascentis. i. orientis: existens arduus & attollēs  
cacumina id est summitatē: vicina cœlo. i. summo aeri Immo se-  
cundum bedam altitudē eius usq; ad lunarem circulum pertingit:  
existens etiā maior rhodope thracia. i. illo monte thraeic: et subli-  
mior id est altior ossa. illo monte iuxta olympum in thessalita: supe-  
rans pelion montem illum: emonium. i. thessalicum: & superās cul-  
men: id est altitudinem & summitatē in olympi: illius montis altissi-  
mi in grecia. Sunt autem quattuor. unus inter thessalam & macæ  
doniā: qui altissim⁹ est: alter in gallogrecia. tertius ad myzos quem  
Plini⁹ misū quoq; dicit⁹ affirmat: quart⁹ in ida phrygia. Est quoq;  
olympus ad mare rubrum in ethiopia qui oriente sole usq; ad quin-  
tam diei oram flamas emitit. quidam in lesbō etiam olympū po-  
nunt: sane quia altissimus mons est in quo iouis olim tēplum: pa-  
sim pro cœlo ponitur: & niues caucaseas: q; sunt in vertice caucasi  
montis indiq; ad septentrionem: scythes versus: quem Herodotus  
censet omnium altissimum: vnde hic dicitur: vbi sunt Tauri maxi-  
ma iuga. i. vbi taurus altissimus est: nam iuga sūt ad summites mō-  
tum. Taurus autē est mōs asiae ab æois littoribus affurgēs: & i ocea-  
num tendēs: qui varijs noībus nūcupat: & interdū idē nomē resu-  
mit: eius autem pars caucasus est. Ilic sup. sunt: rura vernantia. i.  
vernā temperiem habentia: perpetuo gramine: & illic sup. sunt  
fructus perpetui: & illic est est ēterna gratia. i. oblectatio florū: &  
semper tempēries verna. i. qualis est alijs locis in vere. aer est lym-  
pidus id est purus serenus ac sudus: sine nubibus: Auster ventus  
meridionalis abest: boreas vētus septētrionalis nō fibilat sup. illic:  
& zephyrus ventus occidētalis nō murmurat. i. nō facit murmur:  
aut stridorē: aura occidua. i. occidētali. Hic id est hoc loco erat sup.  
homini primęa id est primi qui hoc ē prima omniū quies: priusq;  
ipse infelix: viciasset id est polluisset guttura ieiuna id est quæ ni-  
hil adhuc gustarant: fruge vetita id est fructu ligni vetiti. f. scientię  
boni & mali. Fons pulcherrim⁹: lato orbe. i. habens latum orbem

Olympi

Taurus

Piij

& ambitū: est in medio sup. paradisi. Quattuor flumina fluunt id  
 id est ab illo fonte: cursu occulto. Nā tria sup. flumina: delapsa. i. ca-  
 dentia & defluētia: secretis. i. occultis: meatibus: eunt. i. tendūt at-  
 & ton versus. i. ad septētrionē: at. i. sed reuocantur mox in austrum  
 id est meridiem: tramite. i. cursu verso: & quartū sup. flumen: scilicet  
 gyon qui et Nilus dicitur defluit. i. deorsum fluit ad ethiopes & ad  
 arua cōbusta assiduis solibus. i. ad torridam zonā: & cōplectēs me-  
 roen insulam illam egypti in medio nili: pigrat regna mēphitica  
 id est egyptiaca: gurgite refuso. i. postq̄ se occultauerit iterum ostē  
 so. de his fluminibus dicitur genesis. ij. Et fluius egrediebatur  
 loco voluptatis ad irrigandū paradisum quīde diuiditur in quat-  
 tuor capita: nomen vni phylon &c. vocatur ergo primum flumen  
 phylon ac Ganges. Secūdum Gion ac Nilus de quo Lucan⁹. Ar-  
 canum natura caput non pdidit vlli. Tertiū tygris et secundū io-  
 sephum dilach. Quartum euphrates: quib⁹ quia a cosmographis  
 incertae assignantur origines cū nesciant a paradiſo oriri: bene di-  
 cit auctor. Quattuor vnde fluunt occulto flumina cursu. Ft reuera-  
 si quem ei assignat situm attenderis: occultū dixeris illorū fluminū  
 ortum. verū non est impossibile apud deū omne verbū Oleæ pi-  
 gues sunt. i. nascuntur: ad. i. iuxta r̄pas fontis vitrei. i. clari et trās-  
 lucidi more vitri in margine lāeto. i. amoeno: et mala. i. poma medi-  
 ca. i. qualia sūt in media: de quibus Virg. geor. ij. Media fert tristes  
 succos tardūq; saporem Fœlicis malī: quo non p̄sentius vllū Po-  
 cula siquando sequē infecere nouerē &c. & cypressi: et lauri semp vi-  
 rides sunt illic: et palmetta. i. palmē illic nascentes: longis frondib⁹  
 id est quibus sunt longē frondes: et pini pingues: et filua myrtle:  
 id est abundantia myrti q̄ est arbor odorifera veneri sacra( Vnde i  
 buco. Et vos o lauri carpā & te pxima myrte Sic posite quoniam  
 suaves miscetis odores. Epithetis autē varijs carmen suū exornat  
 poeta cōpatriotā maronē secutus et cedri odoratē. i. odorifere( sed  
 imitatio est illius septimi ēnei. Vrit odoratā nocturna in lumina ce-  
 drum) sunt sup. illic: et ficus semp fecunda est sup. illic: bene semp  
 quia passim bifera inuenit. et vua pendens in palmitē grati: id ē  
 ponderoso aut grauato pondere ipsius vne: et pruna cērea. i. cērei  
 coloris: sicut in buco. Addā cērea pruna & honos erit huic quoq;  
 pomo. fuglandes. i. iouis glandes. hoc est nuces & amigdala et po-  
 num purpureū. f. cerasū: quod. i. quale Lucullus. f. Lucius lucullus  
 patritius romanus tulit. i. apportauit: ab aruis arctois. i. ex ponto  
 Nam v̄ diuus hieronimus ad marcellum de muneribus acceptis te-  
 statur. cerasū primus Lucullus romā ex pōto detulit: deuicto cera-

Lucullus  
Cerasum

So oppido: vñ mox totā italiā impleuit. Sane sub appellatione pomis sūt omnes fruct⁹ cortice molli. Vnde pruna Virg. pomū dixit) subaudi semper: est vel sunt illic. Prata florentia semp sub ratis arboribus sunt illic. Lilia. i. illi flores: serpillū. i. herba odorifera. Nar cissus flos pulcherrimus ex puero in eo verso denominatus. amaracus etiam frutex mollis qui et sansucus dicitur: cui⁹ meminit Virg. enei. primo. di. ybi mollis amaracus illum floribus et dulci aspiras amplectitur ymbra: traxit autem nomē ab amaraco regis filio. & omne gramē odoriferū. violē. rosa. balsamus arborthurea. i. thurifera. myrrha. i. myrrifera arbor. thymū. herba suauissima apibus grata: buxus arbor semper virens. terebinthus: arbor amoena resina p̄ciosissimā distillans amomū. nardus: vnde vnguenti fiunt: & frondes aiacis. i. iacinti floris in quem Ajax versus dicitur. xiij. metamor. et torismarini: tendunt sua brachia. i. ramos suos: circū fontes irriguos. i. locavīcīa irrigātes. Pisces innocui ludunt in vitro gurgite. Pecudes distendunt. i. implent lacte: vbera. Nulla semina leonū sup. sunt hic: serpens non est hic: nec scorpions vnta. i. curua cauda: in qua venenū habet. sup. est hic. Omnia tuta sunt hic. lepros cubant. i. secure dormiunt hic: nec metuū bella: nec vllas infidias: scilicet canum aut venantium. omnē nemus personat hic can tu volucrū: et apis seu apes (vtrūq; enim dicitur) libat. i. sumo ore attingit: nectar. i. dulcedinem: florū. i. mel & fauum: per summa cacumina scilicet arborū aut collium: et aggerat. i. accumulat: opus lectum. i. collectum: cauis antris: non enim aluearia illic habet. Nūcius. s. angelus gabriel: quem pater. s. coelestis miserat ante. i. prius sup. de summa arce. i. altitudine cœli: occurrēs. i. p̄uenies: morbo virgineo. i. inedi⁹ virginis: & preſcius futuri casus. i. qui p̄sciuit casū futurū decerpens inde. i. ex illis antris apū & locis paradisi: illis diebus. i. paulo ante: fauos et mella & poma: ferebat. i. afferebat puerū scilicet catharinę desertę. i. destitutę ab auxilio humano: xenia. i. munuscula dapis inconsueta. i. non ab ea gustata: ferebat inquam trās lata equora. Hec sūt illa pabula quibus helias et socii. s. enoch & secundū quorūdā opinionē Iohannes euangelista ducunt vitā felicem in secula longeua: & nūcius. s. gabriel curauit omnia vulnera: moly. i. medicamento ex moly herbā: infuso: moly inquā qđ deus fecit vtile: oigenis morbis. qđ Homerus assert: radix substantiæ. s. herbe: nigra: coma vīridis albet florib⁹. i. habet flores albos. v̄tetiā Ouidius testatur Dies biffena. i. tempus. xii. dierū: erat. i. p̄ fluxerat iam: & catharina referens. i. representans vultu: decorē ambrosiū. i. qualē habet qui ambrosia yescurunt: revocatur ab ymbris

Pomum

scilicet carceris existens: nec tenuata id est tenuis effecta: fame id est  
 inedia: nec squalida id est immunda & tristis: nocte id est caligine  
 carceris: tristi id est tristitia generante. Cæsar: vt. i. postq. aspergit  
 decus solitum id est formositatem solitam: oris honesti id est pul-  
 chri: putat eam pastam: id est nutritam fraude ministrorum: & sup-  
 pleæstuat id est incenditur ira: & arder vociferans id est inclamans  
 & intonans in omnes ministros. Regia trepidat: tanto nugitu id  
 est clamore cæsaeris in morem tauri mugientis: trepidat dico: non  
 secus id est non aliter: ac id est q; nautæ supple trepidant: quum id  
 est quando: imber turbidus id est procellosus: ingruit pelago: id  
 est incidit in pelagus: & quum id est quando nubes pulsæ notho  
 id est vento illo humido: volitat supple cum rauco murmure: id est  
 stridore vehementi: & supple quum vnda tunet: id est inflatur: &  
 aer nigror pice: id est nubibus cinctus: micat ignibus: id est fulgu-  
 ribus: & olympius altus: id est aut mons ille aut summitas aeris: to-  
 nat ingenti tonitru. Clamat inquam Cæsar: perdite id est occidite:  
 custodes: scilicet catharinæ: vel mergite ponto id est obruite: eos  
 consutos: id est simul insutos: tergore: id est facco ex tergore hoc  
 est corio: videlicet culleo: vel adurite eos tauris fculis: id est quales  
 habuerūt tyranni fculi: & potissimum phallaris agrigentinorum  
 tyrran⁹: qui a perillo taurum genium fabricatum habuit. Garamas  
 id est quiuis seruus ex garamantibus hominibus sequissimis: & Na-  
 samoni: id est quiuis ex nasamonibus. & mauris: & marmaridae &  
 psilli & numidae omnes illi ministri ex aphrica: quibus est vna: id ē  
 consumilis: libido: id est auiditas mala: sanguinis: id est mortis alio-  
 rum: faceant. i. factum eūt: citi. i. festinantes iussa. s. maxentij (De  
 his populis dicit strabo lib. iiij. sic. In colut aphricam getes ignote  
 plurime. Eos autem qui sunt meridionalissimi æthiopas appellant:  
 qui vero sub istis plurimi sunt. Garamantes & Arusios & Nigritas:  
 & qui ad huc sub ijs: Getulos. Mari autē propinquos: vel etiā  
 ipsum tangentes ægyptum versus: marmaridas vsq; cyreneam: su-  
 pra hanic autem supraq; syrtes Psyllos atq; Nasamones atq; getu-  
 lorum aliquos. deinde Abyntas & Byzacios vsq; ad carthaginēsem  
 regionē: ea ē est multa: connectuntq; eidē Numidae. Horum postre-  
 mi sunt maurici &c. Miseri supple ministri raptantur ad ignes ac-  
 censos: & satellites iam dicti sup. iniiciunt pedibus vincula: id ē  
 pedes: & trahunt eos volutos terra. i. per terram: & versatos. i. sepe  
 versos luto. i. perlutum: & foedatos terga. i. habentes terga foeda-  
 ta puluere: ad tormenta. Nihil. i. non in aliquo: & mollia: id est dul-  
 cia: verba p̄cum. i. depcatiua: non prosunt illis in aliquo: & lachry-

garamates  
 Marmari  
 de  
 Psilli  
 Nasamōcs  
 Numidae  
 Mauri.

Parthenices Catharina riae Lib. III Fo. LXXXIII

me cadentes inter verba. i. inter p̄candū nihil sup. psūt illis. labor  
longi obsequij. i. seruitij obsequiosi: nil sup. prodest illis. et numia  
scilicet deorū gētiliū vocata. i. inuocata votis. i. cū votorū perfol-  
uendorū promissione: nil prosunt sup. illis: pectus regis manet im-  
placabile. i. irreconciliabile: et virus. i. venenū furoris eius indomi-  
tum. i. indomabile: nullo. i. non vlo: nō frangitur. i. rūpitur & ex-  
pellitur vlo medicamine. Virgo. s. catharina: ait: o infœlix cæsar  
q̄ dementia coegit te torque te hoies innocuos! Ego nō sum pasta:  
id est educata et refecta: bissex. i. duodeci dies: epulis terrenis. i. ab  
homine ministratis: sed dape. i. esca: missa ab æthere. s. a paradiſo i  
æthere constituto. Is sup. s. deus verus qui dedit genti solymæ: id  
hierosolymitanæ: hoc est iudaice: pabula. i. nutrimenta: per deserta  
scilicet arabie: quū. i. qñ: sup. ipsa gens solyma seu israelitica: vecta  
per vndas. s. maris rubri medias: & hoc equore. s. rubro: suspeso. s.  
a fluxu & per mediū diuiso: venit in agros pancheos. i. arabicos is  
inquā: pauit. i. nutrit & sanauit: quoq. i. etiā me certatē preligio  
ne sup. sua: et audentē afferere. i. p̄dicare & confiteri: fidē sup. suam  
et ipsa salus. i. sanatio mēbrorum meoꝝ: parta. i. acquisita mihi: do  
cet esse opus cœleste: & nō humanū: quia nulla cicatrix. i. nullū ve-  
stigiu aut stigma: deprendit. i. dephēditur: hoc est dinoscit: part  
id est p̄ membrâ meâ: offensos. i. leſa: ferro. i. verberibus ferreis. In-  
cipeo cœſar fieri clementior: ira sedata. i. postq̄ ira tua sedata. i. miti-  
gata sit: et neq; finge te simile Neroni sanguineo. i. homini sangui-  
nario: & sanguinis sitienti: sed sup. sis talis: aut finge te talē: qualis  
erat traianus. optimus ille & iustissim⁹ impator: qui tñ non nullos  
christianorū persecutus est: vel qualis erat Augustus. s. octauius  
existens proles iulia. i. a Iulio cœſare adoptata: qui parés patriæ &  
clementissimus Augustus appellatus est. in hoc caſarem imitatus  
quemv sq̄ad poenitudinē clementē Plinius p̄dicat: et quales reges  
tulit gēs flavia: patrē. s. vespasianū & natū. i. titū: cū tñ domitian⁹  
eiusdem gentis ûmo filius vespiani pessimus fuerit quorū. s. regum  
& impatorū honorū sācta vestigia sequi debes: si vis succedere tan-  
to regno: quia tu eris dignus succedere tanto regno: si eris iustus:  
clemētia efficit reges dignos impio. deus rependet. i. p̄soluet tibi p  
immanibus. i. inhumanis & crudelibus actis: p̄mia digna crudeli  
mercede. quia superi vrgent crudeles crudeliter. Facūdia. s. cathari  
næ iūcta. i. associata foemineo decori: vicit sup. irā cœſaris: et cœſar  
sedatus. i. placatus parū: inquit o virgo p̄dita: quousq;. i. vſq;quo:  
q̄diu (Est enim tmesis. i. diuissio dictionis cōpositę q̄ minus figura  
ta est: magisq; licita q̄ simplicis) differs parere. i. obedire: ioui: nec p

non: quousq; nō miserere. i. miseretis tue iuuētē! Ego non vt tar te obsequijs seruilibus. i. ad obsequia seruilia: enī pro quia: nec forma nec etas tua patitur id. i. vt te sic abutar. A sentire. i. ānue & suffragare ab assentior deponētali verbo aliquando. i. tandem: meis imperijs: & sub de meis imperijs aios rebelles. s. tiuos. Catharina sup. respōdit: quid. i. ad quid o Cesar sup. sollicitas me iniquis( quia iprobis & corruptione insinuātibus) verbis et ad quid geris pectora foeda: id est polluta: turpi voto. i. desiderio & turpi concupiscētia: cur audes violate pudorē sanctū. i. qui sanctus esse deberet tu assuet⁹ coeno. i. volutabro coenosō: hoc est imundæ & lubricæ vīte: nūq; desi nis sordescere. i. sordidus fieri: et nescis assuēscere vīte mundæ. quia vt dicit philosophus Difficile est cōsueta relinquere: & plebej⁹ ver siculos. Qui nō assuēscit virtuti dū iuuēscit: A vitijs nescit discedere qñ senescit. Venus tua. i. quā colis & colēdā p̄dicas; instituit. i. docuit & erudiuit te sic. hēc. i. hmōi sūt sup. casta documēta tuorū dēū p̄ deorum( Sed pulchra est eclipsis vt vīte cōcurrus eiusdē syllabē. Sic Cice. Iā dolobella me neq; tui neq; tuorū liberū &c.) Sūt ne sup. hec impia: & himonit⁹ qbus iubemur assentire. V trū. i. ( si ita dicere liceat) qđ duoz: virt⁹ tua guida. i. q; puida eē deberet: consulit. i. cōsulendo censem vtili⁹: ne pro an: an seq̄ hūana iussa: an diuina: q. d. haud dubie diuia seq̄ merito cōsulas: sed de⁹ odit. i. odio p̄sequif̄ a verbo odi cui⁹ prima lōga: nā odio cui⁹ prima eēt breuis nō repif: nisi semel odias ap̄d Ci, id qđ tu amas. s. imundā vītā: & idolatriā: &. i. & tñ tu cū sis mortalis audes ipugnare dēū tulisti. i. portasti ne hec tāvana documēta meis ciuib⁹. s. alexādris: ab vrbe f. ro.: Bōa iuuētio ad excitādā idignationē vt furor libidinē vīcat.

Erubuit Cæsar. sceleris mens consciā non ferr  
Iurgia. non audet vultus attollere: seq̄  
Vexit ad Ichthybolum: & reuehi præcepit ad vmbram  
Carceris: atq; nouis tradī custodibus antrum.  
Ichthybolum vero cui mens crudelis & atrox  
Ingenium: regi quidnam vulgaribus inquit  
Hanc pœnis terrere paras! sub sidere natam  
Credimus helleo: nam frons marpesia; caute  
Taurominitana asperior: rigidoḡ adamante

Parthenices Catharinariæ Lib. III Fo. LXXXIIII

Durior: ausonios fasces nostrasq; secures

Ridet: & imperio diuum parere recusat.

Cedimus: an iustis dementem vrgere flagellis

Præstat: & imperii causam diuumq; tueri?

Mollia non obstant duris: nec fortia possunt

Debilibus vinci: nec ligno saxa cauantur.

Nec manibus muri. sed duro marmora ferro:

Moenia contortis magno molimine saxis

Eruimus. si auferre paras a virginе Christum:

Finge rotas: magnæq; aliquot vertiginis orbes.

Et crebris armetur opus mucronibus omne.

Et radii cultros & curuatura rotarum

Ancipites habeant. Orbis contrarius orbi

Curat: & affixos verso fecet impetus axe.

Persephone imanes pœnas & saua docebat

Supplicia oceultis voluens corda impia formis.

Aspera inhumanum flexit sententia regem.

Quæritur in tota si quis foret vrbe Perillus

Atq; phereclea quisq; præstantior arte

Dædalus. aut auctor troianæ cladis Epæus.

Nox erat. & medium cœli stellata per axem

Cum ioue ducebant nitidi vestigia pisces.

Maximus ætherei Christus regnator olympi

Agmine cœticolum magno stipatus ab astris

Labitur: & niuei transit per cornua tauri.

**F. I. III Baptista Mantuanus**

Intrat ad humentes umbras & triste baratum.  
Fit sonus: & nigrum subito lux aurea noctem  
Dissipat. apparent pulchra sub imagine diti.  
Primus Ioannes: humeros cui lucida vestit  
Pellis: & aurati pendent in teriore villi.  
Alter erat senior Petrus cui candida mento  
Cæsaries geminæq; micant in pectore claves.  
Tertius ardenti Paulus mucrone cocuscans  
Igneus ore. ligant intextæ guttura gemmæ  
Quartus Ioannes aquila signatus / amictu  
Lucet in albenti: mentoq; & vertice canus.  
Hi primi: sua quemq; ducem stant agmina circum.  
Squalor abit: fulget paries: circumfluis aer  
Frangat: & armenio carcer lustratur amomō.  
Tum vultu diuum dominus sit fatur amico.  
Hactenus ex alto pugnam spectauimus orbe  
Occuliteq; tuis procul aspirauimus orsis  
Fortibus: hac claræ fuerint præludia pugnae.  
Nunc acie tota pugnatur & omnibus armis.  
Macta: & in extremo palmarum ne desere cursu.  
Pars superest tibi parua viæ: iam proxima palmae  
Curris. & appetet grauium suprema laborum  
Meta. dies feret optatum tibi crastina finem.  
Dixit: & ambrosia frontem perfudit & atmos.  
Et sic fatus abit: dulciq; adit æthera cantu.

Erubuit cæsar. Erubescens atq; attonito cæsari ichthybolus cō-  
 filium dedit faciendarū rotarū: contra quarū terrorē christus diuā  
 virginē ac spōsam suā visitans: suauī sermone cohortat animatq;  
 Ordo est. Cæsar erubuit. i. rubore perfusus est: mens eius conscia  
 sceleris. i. cōsentiens se culpabilem & agnoscens obiecta a virgine  
 sclera: non fert. i. non patitur amplius iurgia. i. obiurgationē vir-  
 ginis: & non audet attollere. i. erigere vultu: sed supple vertit se ad  
 ichthybolū: magicū scilicet ministrū: & p̄cecepit supple catharinā  
 reuehi ad vmbra carceris: atq; antrū tradi nouis custodibus: vero  
 pro sed ichthybolus: cui mens supple fuit crudelis: & cui ingeniū  
 fuit atrox: inquit regi. quidnam. i. ad quid: o cæsar tu paras terrere  
 hanc: scilicet virginē: pœnis vulgaribus! nos credimus eam natā  
 sub sidere helleo. i. arietino propter duriciā frontis. Helle enī arietē  
 habētem aurefivellus: vt pontū transfretaret cum phryxo ascēdit:  
 qua submersa: aries tandem in cœlum translatus dicitur. Sunt qui  
 putēt helleū fidus dici: quia hellen filius deucalionis fuit: qui saxis  
 genus humanū reparauit: aut quia hellas græcia dicitur. quæ dura  
 semper hostibus fuit: aut quia pontus venenis abundat: ad quam  
 insulā helle tetendit: verū a nominatiuo hellen: fieret helleneus &  
 ab hellas helladis helladius. p̄terea ad frontē respexit quæ arieti  
 durissima est. vnde sequitur. nam pro quia: frons eius marpesia. i.  
 faxea aut dura vt cautes marpesia. nam marpesus mōs est in paro  
 insula habēs durissimos lapides. Vnde sexto æneidos. Nec magis  
 incepto vultū sermonie mouetur: Q̄ si dura filex aut stet marpesia  
 cautes. Hic tamē frons dicitur marpesia: est supple asperior caute:  
 id est cote aut saxo: taurominitaria. i. siciliensi a taurominio monte  
 siciliæ asperrimo vbi & taurominiū oppidū est: & durior adamāte  
 rigido: quem fm vergiliū. Non ipsi excindere ferro Coelicolæ va-  
 leant. Hircino tamen cruore frangitur: tiderit. i. deridet fasces: id est  
 fasciculos virginū ausonios: id est quibus ausonij: hoc est romani  
 plectūt noxios: & tiderit nostras. i. ægyptiacas secures: quibus colla  
 secātur: & recusat parere imperio diuū. Cedimus. i. nunquid æquū  
 est nos cedere puellæ: an p̄estat. i. melius est vrgere dementē: id est  
 insanā puellam: iustis. i. satis magnis: flagellis. i. tornētis quibus-  
 libet: & tueri id est protegere causam imperij & diuum pro diuox: &  
 quasi dicat maxime: q̄a mollia nō obstant duris: nec fortia possunt  
 vincī supple a debilibus: nec saxa cauātur ligno: nec muri cauātur  
 manibus: scilicet inermibus. sed nos eruimus marmora duro ferro:  
 scilicet calibe: aut marmora cauantur duro ferro: & nos eruimus. i.  
 euertimus moenia. i. muros oppidorū: saxis cōtortis. i. appulsis:

magno molimine. i. maximis machinamētis. Si tu paras. i. conari  
ausserre christū. i. fidē christi a virgine: finge id est cōstrue rotas: &  
aliquot orbes. i. circūferentias magnae vertiginis. i. magni gyri &  
magnę reuolutionis: & om̄e. i. totū opus: id est tota machina ro-  
tarum: armetur crebris. i. densis & frequētibus mucronibus: id est  
puncturis nouacularū aut aliorum cultrorū: & radij. i. ligna inter-  
media quæ ab axe ad circūferentiā pretenduntur: sicut radij a sole  
procedūt. radij ergo rotarū & curuatura. i. cāthus & circūferētia ro-  
tarū: habeat cultros ancipites. i. ab vtraq; parte scindētes. & orbis  
currat cōtrarius. i. yna rota currat cōtraria orbī. i. alteri rotæ. & im-  
petus. i. vehemēs impulsus: sebet id ē intercidat: axe verso. i. circū-  
lato: affixos. i. eos qui affigūtur & suspendūtur. Persephone id est  
dea infernalis: volvēs id est versans & tractās corda impia: formis  
id est modis occultis: hoc est occultis inspirationibus: docebat im-  
manes. i. crudeles ac inhumanas atq; abomīabiles pœnas: & saeuia  
supplicia. Sentētia aspera. i. dura & impia flexit id est vertit & ad se  
traxit regē inhumanū. Quæritur. i. inquirit & inuestigatur: si quis  
perillus. i. artifex subtilis tornētorū sicut fuerat perillus atheniēsis  
qui phallaridi agrigētino & tyrāno: taurū æteum effinxit: vt in eo  
impositi miseri arderēt: nec humana sed bouinā vocē emitterēt: ne  
forte vox humana tyrannū flectat: cuius rei ipse primus periculū  
fecit) foret. i. esset in totavrbē. Atq; supple queritur an quisq; dēdalus  
i. architectus vterat dedalus: existens prēstātior arte phereclea. i.  
q; fuerat phereclas qui paridis naues cōstruxit: aut supple queritur  
an quisq; epeus. i. epeo similis qui fuit auctor troianæ clādis. i. euer-  
fionis: quia equū illum ad cuius introitū portæ ruptæ sunt fabri-  
cauerat. Vñ ænei. i. Et menelaus & ipse doli fabricator epeus In-  
quadūt vrbē somno vinoq; sepultā. Dēdalū aut̄ subtilissimū archi-  
tectū ac fabrum lignariū fuisse: vt qui labyrinthū in creta & lignea  
vaccā struxit: vela & antennas atq; alia multa inuenit: oēs sciunt:  
quocirca fabri dēdali vocātur vt dēdala cyrce apud maronem &  
dēdala tellus apud lucretiū. Nox erat. describit aduentū christi ad  
virginē consolandā. Ordo est. Nox erat: & pisces nitidi. i. resplen-  
dentes qui signū coeleste faciunt: ducebāt cum ioue. i. cum illo pla-  
neta: vestigia stellata. i. stellis ornata: per mediū axem coeli. i. iam  
mediū erat noctis: & christus maximus regnator olympi ætherei:  
id est coelstis: cū iupiter in terrestri solū regnauerit labitur: id est  
(tractū enim est a nauibus quę stipātur: dum rimæ stupis arcētur)  
magno agmine coelicolū pro ccelicolaꝝ. & trāsit per cornua tauri

Perillus

Phereclas

Epeus

Dēdalus

Stipo

niuei. i. candidi. (talis enī dicitur fuisse qui europā vexit & in cœlū translatus est) & intrat ad vmbras humētes. i. humorē obſcenum habentes: scilicet in loco humido carceris profundi. vnde addit: & intrat baratrū triste: id est voraginē & profunditatē carceris tristiam generantis. Sonus scilicet cōcentus angelorum aut strepitus aduentantiū fit: & lux aurea. i. fulgida dissipat. i. abolet: cito noctē nigrā. i. caliginē carceris: diui. i. sancti apparent sub imagine pulchra: in qua scilicet noscitabantur. Primus supple erat aut apparet Ioannes videlicet baptista: cui pellis scilicet camelī: lucida. i. iam resplēdens vētit humeros. & villi. i. pili villosi camelī: aurati id est auro ornati sicut pingūtur: pendent in tergo. i. corio camelī: aut in tergo iōannis. Alter id est secūdus erat senior: videlicet petrus: cui candida cæsaries. i. barba longa: micat supple in mento: & cui geminæ claves micant in pectore: eas pro insigni defert: eo q̄ christus ei dederit claves regnī cœlor̄. Tertius erat paulus: coruscās. i. resplēdens: mucrone id est gladio: quo decollatus erat: ardenti. i. relucēti & radianti. existēs igneus ore propter ardētem prēdicationē & gemmæ intextæ ligant guttura: id est palliū sub gutture. Quartus iōānes scilicet euāgelista: signatus aquila. i. h̄fis aquilam pro insigni: lucet in amictu albēti. i. veste alba: existēs canus mēto. i. in barba & vertice. i. capillis. hi supple erant primi: quēq; ducem illorū quattuor circūstant sua agmina. i. circūvñūquēq; illoꝝ: quat tuor erant alijs sancti eiusdē ordinis & cōetus. Squalor. i. obſcenis tas carceris:abit. i. aufugit: paries fulget: & aer circūfluus. i. circūfluens aut circūdans illic existētes: fragrat id est suauiter redolēt. & carcer lustratur. i. purgatur amomo armenio: id ē quale in armenia nascitur. quod vergilius assirīū vocat dicens. assirīū vulgo nasceſt amonum. Tum. i. tunc postq; omnia purgatoria effecta sunt: dñs diuum. i. diuorū: hoc est omniū sanctoꝝ christus affatur. i. catharīna amico vultu. Legi potest etiā diuam: vt sit dñs affatur diuam. Verba christi sunt. Nos spectauim⁹ haec tenus. i. hucusq;: pugnā. i. certamē tuū: ex alto orbe. i. coelorū: & nos existētes procul aspirauimus occulē tu's fortibus orsis: i. coeptis: nunc pugnaſt. i. pugna fit: tota acie & oībus armis. i. nunc totis viribus in te grassabis ty= rannus. Macta. i. sis magis aucta. (Vnde seruus ad illud. ix. ænei. Macte noua virtute puer sic itur ad astra. macte (inquit). i. magis aucta affectatæ gloriæ. Et est sermo tractus a sacris. Quoties enim aut thus aut vinum super victimam fundebatur dicebant mactus est taurus vino vel thure: hoc est cumulata est hostia & magis au=cta. hec ille. Et inde venit mactare: quod proprie boſtiarum est. Macto

vnde nō cædi sed mactari dicunt: vt Solēnes taurū ingentē mactabat ad aras. Et mactā lectas de more biderētes. Olim per oēs casū declinabat: nunc in visu tantū est macte: qđ dicitur ei cui virtus augetur. vt in dicto carmine Virg. & in illo Horati primo sermonū. Macte virtute esto inquit sentētia dia catonis. Verū tamen quia hic ad virginē sermo fit: nō putē scriptū esse macte: sed macta in foemino gñe: qđ magis consonū est qđ macte aduerbiū) & ne desere palmā in extremito cursu. i. agone parua pars viæ supēst. i. restat tibi: tu curris iā exīs p̄xīma palmae. i. victoriæ: & sup̄ma meta. i. vltimus finis grauiū laboꝝ apparet. dies crastina feret. i. afteret tibi finē op̄atū. (Non est ergo cōtrariū qđ tota acie pugnandū dicit: & paruā partē viæ supēsse: qā in momēto totis viribus pugnari pōt.) Dixit s. christus & pfudit frontē s. cath. & armos. i. humeros abrosia. i. suauissimo vnguento: & fatus. i. postq̄ locurus est sic: abiit: & adiūtēthera supple cū dulci cantu: videlicet angelorū cōcomitantū.

**Altera lux aderat: feralis machina coelo**

Erigitur: populiq; foro concursus aperto

Cogitur. horrescunt visu: & crudele fatentur.

**Id genus insolitum poenæ: de robore querno**

**Texitur: & bissex cubitis ascendit in auras**

Pons: vbi voluendos lictor se attollat ad axes.

Impulsi magnis strident conatibus orbes.

Rostratiq; micant gladij: curuisq; minantur

Dentibus. & paruo inter se discriminē distante:

Corpus ut affixum lateri e regione locatum

Discerpat latus: atq; vno secet omnia cursu

**Membra leues subito procul eiaculanda per auras.**

**Terrificum incutiens animis structura pauorem**

Aspectuq; nocens solo. super aurea sedit

**Stragula; & a tecto spectat maxentius alto**

Parthenices Catharinariae Lib. III. Fo. LXXXVII

Coniugis extendens baccaram ad colla sinistram.  
Protrahitur virgo: quæ postq; immania vidit.  
Currere protensis armata volumina rostris.  
Substitit: & presso suspexit sidera gressu.  
Sic memorans. obfiste pater crudelibus atis.  
Percute dentatos orbes. ostende tyranno.  
Te ioue contempto cœli terraq; potentem.  
In felix videat contrabescatq; videndo.  
Quanta tuæ virtus & quanta potentia dextræ.  
Vix ea finierat: gelida cum erupit ab arcto.  
Ventus: & ardenti resonans cum fulgere fulmen:  
Grandineq; immixta nimbus caliginis atræ.  
Disrumpitq; rotas: trabibusq; per aera pulsis.  
Maxima consequitur strages: quo territa vertat.  
Turba pedem noctis tenebris inclusa profundæ.  
Nescit: & attonitos frustatim machina labens.  
Opprimit: auditur clamor: sonitusq; ruentum.  
Impete cum magno trabium. periere ministri:  
Quattuor: ut fama est: rapuit furibunda virorum.  
• Milia tempestas & lapsus ab aere turbo.  
Utq; dies claro detergit nubila coelo.  
Detegitur clades hominū. laniata per omne.  
Membra forum. facies ystæ: conuulsaq; labra.  
Dentibus exertis: laceraq; per ardua uestes.  
Culmina tectorum. mixto fluīt vnda cruore.

IVYX Flot Baptista Mantuanus

Quæ superant cladi lugent cōmūnia mātres  
Funera pelle & lamente per omnia surgunt  
Compita: in ingenti tota vrbis ploratur aceruo.  
Plæbis in occasu tantæ gauisa per auras  
Persephone volat: ac socios ac dæmonas omnīs  
Ad prædam ciet ex aris adytisq; deorum.  
Illi precipites altis e turribus adsunt:  
Corripiuntq; vagas animas: stygijsq; coercent  
Funibus in fasces: & in intima tartara volunt.  
Persimiles aquilis quotiens videre volucres  
Dulcibus e stagnis tolli: tenuemq; per auram  
Nare cateruatim: campisq; inferre volatum  
Qua rigat effusis mantoam gressibus vrbem  
Mintius intexens iuncis & harundine ripas.  
**C**Altera lux aderat. Describit machinæ rotarū erectionē & euerſionem. Ordo est. Altera lux. i. postera dies aderat: & machina ferazlis. i. mortifera & execrabilis: vt mors quā feram vocatione: erigit celo id est ad celū: vt sit fin Nigrū octatus casus. quotiens enī aliquid aliquo fertur aut tendit: loco accusatiui & ppositionis eius: possumus ponere datiuū. sicut vergi. Inferretq; deos latio. i. in latium. It clamor celo. i. in celū. Obuerſū pelago proras. i. in pelagus: aut pelagus versus. Viridi cōpellere hibisco. i. ad hibiscū. Sic erigitur celo. i. ad celū: aut celū versus: hoc est in altū) & cōcurrus populi cogitur. i. constringitur & in vnum cōpellitur: videlicet in foro aperto. i. patēte supple populi: aut si maius populus: quia collectua singularia plurali apposito passum iungūtur. & ita legerem conformiter fatentur: nō fatetur. Et quia supina posteriora q; in uexeunt: nō reperiunt in significatione actiua: quale esset horrescut visu: id est dum vident: fed dūtaxat in passiua. & id quidē cum non minibus adlectiuis: dicere visu nō esse supinum: sed nomen. vt sit) horrescunt. i. horrētes fiunt: & horrore cōcutiuntur visu: id est per visum folū: & fatentur id insolitum. i. inuisum: genus poene. i. tor-

**Casus octa  
nus datiu  
localis**

**Collectiua**

**Supina i.**

# Parthenices Catharinariae Liber III Fo.LXXXVIII

menti: crudele subaudi quod texitur: de robore. i. fortissimo ligno  
querno. i. arboris q̄ quercus dicitur. vnde fit querimus. na. num. &  
querceus. a. um. sicut a falice falignus. a corulo columnus &c. & pōs  
vbi. i. in quo lictor: scilicet tortor: attollat. i. erigat se: ad volūēdos  
axes. i. rotas: a parte totū accipiendo: ascendit. i. extenditur in au-  
ras: id est in aere: bissex cubitis. i. spacio. xiij. cubitorū. Orbes id est  
circūferentiae rotarū strident. i. stridorē faciunt: existentes impulsi  
magnis cōnatibus. i. magno molimine: & gladij id ē cultri raforis:  
rostrati id est adunici in morē rostrorū: micant id est resplēdent ex  
quodam motu & vibratu: & minantur curuis dentibus TACUTOP  
id est id ipsum dicit: & distant scilicet dentes aut rostra nouacularū  
inter se: id est ab inuicem: paruo discriminē. i. parua distantia: vt  
id est ad eum finē: vt latus supple alterum rotarū locatum. i. situm  
& positū e regione. i. ex aduerso & in opposita parte: discerpit. i.  
in diuersas partes carpat & secet: corpus affixum lateri supple te-  
liquo rotarū. Atq; vt scilicet latus oppositū: secet id est diuidat &  
distrūpat vno curlu. i. vno impetu: omnia mēbra scilicet corporis  
affixi: eiacula nuda. i. excutienda per iactū: subito per auras leues:  
id est faciliter cedentes: q̄ supple est structura incutiens animis pa-  
uerē terrificū. i. terrorē facientē: & nocens solo aspectu. i. dum solū  
modo aspīcitur. Maxētius sedet. i. se reposuit sup stragula. i. vesti-  
menta a sternēdo dicta: quasi dicat tapeta aurea. i. aureis filis inter-  
texta: & spectat sup. machinā a tecto alto: e cuius fenestra tornēta  
visurus esset: extēdens sinistrā supple manū bacchatā i. petulantē  
& more bacchantiū vagantē. ( Legitamē potest baccatam: hoc est  
baccis ornatā. sed maxime omniū legerē baccata. i. baccis ornata  
colla. sicut dicitur primo ænei. colloq; monile baccatū. Nec obstat  
q̄ christiana effecta erat: quia adhuc occultauerat telligionē: verū  
timē quā superbiam & petulantiam regis significare vult: & durior  
esset hiatus: baccata ad: legamus baccatam. Sane baccha est facer Baccha  
dos bacchi. i. mulier bacchi sacra ferens. Sed bacca sine aspiratiōe Baeca  
est oīs fructus in siluis crescēs rare & sparsim. vt lauri/ myrti/ oleæ/  
&c. et a similitudine rotundi corporis baccas appellat vñiones. i.  
margaritas: quæ in indicō mari optimæ nascuntur: & potissimum  
apud taprobanen insulam. dicarauis ergo baccatā sinistram ) aut  
baccata: id est baccis: hoc est margaritis in monili existētibus or-  
nata colla cōiugis: id est vxoris suæ. Virgo scilicet catharina: pro-  
trahitur id est violenter a longe trahitur ad suppliciū: quæ supple  
virgo postq; vidit immania: id est magna & terrifica volumina: id  
est circūvolutiones rotatum: currere: id est celeriter circūvoluit: ex-

stentia armata rostris. i. incurvis cultris: protēsis. i. longē extensis  
 substitit. i. parum stetit & gressum firmavit: & suspexit. i. sussum seu  
 sursum aspexit: sidera. i. cœlum: & hoc gressu. i. incessu: presso. i. re-  
 presso & cōtracto memorās. i. memoriter orans sic. O pater supple  
 coelestis: ob siste crudelibus ausis. i. maxentij: percutie. i. prosterne  
 fulmine orbes dentatos. i. rostratas rotas: multos cultros adūcos  
 habentes: & ostende tyranno scilicet maxentio: te potentē cœli &  
 terre. i. habere potentiam in cœlo & in terra: & hoc ioue summo gen-  
 tilium deo: cui gentes fulminis potestate attribuunt: contēpto. i.  
 aspernato & vilipenso. In foelix scilicet maxētius tyrānus: videat  
 quanta. i. q̄ magna supple sit virtus tuæ dextræ: & quanta sit po-  
 tentia tuæ dextre: & cōtabescat. i. tabe: hoc est sanguine arefactio &  
 corrupto ex inuidia cōsumatur: videndo id est dum videt inuidus  
 potentia tua. sic persius. Virtutē ut videant intabescatq̄ relicta.  
 Catharina supple vix finierat. i. finiuerat ea supple verba: aut eas  
 preces: cum. i. quādo ventus scilicet boreas: erupit. i. violenter ex-  
 ortus est: ab arcto gelida. i. a polo septētrionali semp frigido: vbi  
 arctos. i. vrsa vtraq̄ est. & fulmen resonas cum fulgure ardēti: id est  
 micanti aut comburēti: & nimbus. i. nubes procellosa: atræ i. ob-  
 scure caliginis: id est tenebrositatis: grādine imixta. i. habens grā-  
 dinem imixtā supple erupit a gelida arcto: & disrumpit. i. dissipat  
 postq̄ eruperat rotas (Decenter tēpus mutat dicens erupit in pre-  
 terito: & disrūpit in prēsentī propter exigentiam rerum. prius enim  
 rupit: & iam disrūpit rotas. Sic in principio. iij. ænei. Ceciditq; su-  
 perbū ilium: & ois humo fumat neptunia troia. prius cecidit & ad-  
 huc fumat) & maxima strages. i. prostratio & cedes astantiū: conse-  
 quitur. i. subsecuta est: trabibus scilicet machinarū: pulsis id est im-  
 pulsis vi ventorū & fulminis per aera. Turba id est multitudo po-  
 puliturbā facere solita territa. i. terrefacta: & supple iclusa tenebris  
 profundæ noctis. i. tempestatis in moē noctis caliginoſae: nescit  
 quo id est in quā partem vel quorsum vertat. i. vertere debeat pedē  
 fugiēdo scilicet: & machina. i. structura rotarū: labens id est deci-  
 dens frustatim. i. q̄ frusta: hoc est particulas & fragmēta: opprimit  
 scilicet populos: attonitos. i. tonitru & fulmine percusſos: ac per-  
 plexos. Clamor & sonitus ruentum. i. cadentiū auditur: nisi dicas  
 clamor morientiū supple: & sonitus trabiū ruentū. i. cadentiū cum  
 magno impetu. i. impetu (a nominatiuo impes impetis: sicut p̄pes  
 p̄petis) auditur: sed cōtextus videtur: clamor & sonitus ruētum. i.  
 occidētiū: hoc est moriētum auditur: & ministri periēre cū magno  
 impetu trabiū. tempestas furibunda: id est furenti similis: & turbo

Mutatio  
temporis  
in verbo

id est ipetus venti cōturbati: lapsus ab aere: rapuit. i. assumpsit( vt  
 fama est: qđ more virgiliano addit: quia īcertus est numerus )quat-  
 tuor milia virorū. dices eleganter( quattuor milia virū )qđ p&: vt  
 id est post qđ dies. i. lux & serenitas: deter sit. i. tergendo amouit: cōe-  
 lo claro. i. sudo & sereno: nubila. i. nubes & caliginem: clades. i. stra-  
 ges & cēdes hominum detegitur. i. manifestatur & appetet. Mēbra  
 sup. detegunt aut apparent: laniata. i. dilacerata: per omne forū. i.  
 omnē pte fori. & facies vſtæ. i. cōbus tē: & labra cōuulsa: dētib⁹ exer-  
 tis. i. excussis: & vestes lacerē. i. disrupte detegunt sup. aut appetēt  
 per ardua. i. sublimia: culmina. i. summites tectorū( phisice grauia  
 corpora deorsū per forū: & leues vestes sursum in culminibus appa-  
 rete dicit ynda. i. pluuię & grandinis: fluit crōre mixto. i. habens  
 crōrem occisorū admixtū. Matres pelleę. i. alexandine: quia italę  
 illic non erant: qđ superāt. i. sup sunt cladi: lugent funera cōmunia. i.  
 omībus: quia vix erat qđ funus lugendū nō habebat. Lamenta. i. la-  
 mētationes & fletus: surgunt per oīa cōpita. i. loca communia: tota  
 vrbs. i. ciuitas: ploratur in ingenti aceruo. i. stage occisorū & pstra-  
 torū a fulmine. Persephone gauisa in occasu. i. morte tantę plebis  
 volat p aurā: ac p &: ciet. i. cōuocat & excitat ex aris & adytis. i. se  
 cretiorib⁹ locis sacrorū qđ nemini pter qđ sumo pōtifici adire licebat:  
 qualia sūt sancta sanctorū: socios ac oīs dēmonas. i. versutos sp̄ri-  
 tus( Si quis grāmatics ignarus hic dubitet: sciat a nominatiō in  
 n litterā definitē ſēpe accusatiū singulaře in a finari: vt titana pa-  
 na syrena. delphina. dēmona. Ab aūt singulari rite fit pluralis in  
 as vt hic dēmonas: as aūt tertię ſemp corripit. Quoties vero ac-  
 cusatiū singularis in im vel in definit aut genitiū pluralis in iū  
 fit accusatiū pluralis rite etiam latine in is productā: quia oī eis  
 ſcribebatur. vt omneis: bene ergo omnīs dēmonas declinavit. Illi  
 ſcilicet dēmones adsunt. i. accelerant: p̄cipites. i. p̄cipitanter descē-  
 dentes: et turribus altis( vt quibus tēpore fulminis plurimū nocēt)  
 & corripiunt. i. ſimul arripiunt: animas vagas id ē corpore exutas  
 (quas per fantasiā quandā vagari dicit) & coercent. i. constringūt  
 eas in fasces. i. farcinas: funibus. i. vinculis & ligis: stygijs. i. infer-  
 nalibus. & voluunt: id est p̄cipitant eas: in intima tartara. i. profū-  
 diſſimas tenebras iferni. exiftētes perfimiles. i. multū ſimiles aqlis:  
 quotiens ſup. aquilę videre. i. viderūt volucres. f. cygnos( de quib⁹  
 quē hic imitatur Virg. loquitur dicens geor. ij. Et qualē infelix a-  
 misit mantua campū Pafcentē nūeos herboſo in flumine cygnos)  
 tolli. i. euolare in aera e stagnis dulcibus. i. aquarum dulcium: aut  
 gratis: & quotiens videre volucres: nare. i. volare: remigio. f. alarū

F Baptista Mantuanus

Mantua.  
Manto.

cateruati: id est per cateruas: vel in cateruis: per aurā tenuem: id est  
aerē lympidū & purū: & i ferre campis. i. in campos: volatum sup.  
ea parte: qua mintius fluuius ille: qui e benaco ortus iuxta mantua  
in padum incidit: rigat. i. irrigat: vrbem mantoam id est mantua  
a vate seu thiresiē vatis filia quę manto dicta est. denominatam A  
cuius filio ocnō muris cincta est. Vnde Virgilius ænei. decimo. Ille  
etiam patrijs agmen ciet ocnus ab oris Fatidicæ mantus & thusci  
filius amnis Quimuros matrisq; dedit tibi mantua nomen) gressi  
bus id est fluctibus effusis id est: abundanter fuisse intexens id est ve  
stiens ripas supple suas: iuncis & harundine. Sic Maro in buccoli  
cis. Limosocq; palus obducat pascua iunco. Est autem patria auto  
ri huius operis: sicut et virgilio. Sane manto declinatur hui⁹ man  
tus aut mantoos. Vnde fit mantoos mantoa. um, sicut ab argo ar  
gous. & cetera.

Saucia iam dudum cœco regina dolore:

Diffimulare nequit flagrantem pectore flammam

Sicq; virum alloquitur: quæ te immanissime: quæ te

Pestis agit: manifesta vides miracula: nec dum

Irritare decum cessas. tibi me quoq; Christus

Abstulit: & viuo crines in flumine laui,

Nec tua sum post hac. nec me reverentia martis

Nec iouis vlla tenet: tua sint hæc numina. vincet;

Christus: & occumbes cum religione deorum.

Cæsar ad hæc frendens contorquet lumina denso

Torua supercilium. & clamans noua funera lictor

Poscimus: accipe & hanc. & amaro vulnere truncis

Vbetibus cæsa caput a ceruice reuulsum

Aequoreæ volucres habeant. piscabitur illud

Petrus: & inuentum Christi suspendet ad aram.

Nec mora: dum totam magnis ylulatibus vrbem

Dira lues agitat: dum cædibus omnia compleat  
Persephone exultans & tanta strage superbit:  
Vincta manus sparsis trahitur regina capillis,  
Res indigna nimis: miseri ad colla capistro  
Ducitur ad littus lachrymans: & crine ligatam  
Arboris ad ramos patulis quæ umbrosa lacertis  
Stabat harenosæ frondens in margine ripæ.  
Afficiunt probris & multo verbere tandem:  
Pectore conuulso pharias truncatur ad arces.  
Exanimes artus nudant: rapuntur inaures  
Implicitumq; comis aurum gemmisq; monile  
Diues: & amissosæ uit fera turba pudore.  
Ceu plures cum nocte lupi intenere relictam  
Desidia pastoris ouem: simul agmine facto  
Communem iuadunt prædā: atq; in vulnera certant.  
Dilaniant: caput hic. lecur ille: in clunibus alter  
Pascitur: & fauces implet rictumq; cruentant.  
Audiit horrendum facinus: veniensq; repente  
Porphyrlus multo raptum cum milite corpus  
Texit humo la chrymans: meritosq; exoluit honores  
In soelix q;rum sors & breuis hora finebat  
¶ Saucia iadudū. Recenset confessionē & martyriū reginę hoc ēvxo  
ris Maxentij: & eiusdē sepulturā a porphyrio exhibitā. ¶ Ordo est  
Regina saucia. i. vulnerata iadudū. i. a modico tpe dolore: cœco. i.  
occulto & latente: nequit dissimulare flammā. i. vim charitatis: fla-  
gratē. i. estuātē atq; ardētē in pectore sup. suo. & alloquit̄ sic virū. i.

maritum suū Maxentiuū O imanissime. i. crudelissime & sequissime: q  
pestis. i. quis malus furor agit. i. impellit & vexat te tu vides mira  
cula manifesta. s. euersione rotarū ad p̄ces virginis subortā: Necdū  
id est: & nō adhuc cessas irritare. i. ad irā puocare dēū. Christus. i. re  
ligio & fides christiana: abstulit tibi quoq; id est etiā me. & laui id  
est baptisauit aut baptisando purgauit: crines. s. capitū: accipiendo  
a parte totum: in flumine viuo id est. fonte baptismalī viuificante  
animam peccato saltem originali prius mortuam. (Virgilius secu  
do æneidos dicens donec me flumine viuo Abluero: fluentē aquā  
intelligit: quam purgatiuam vī habere gentilitas credidit: ad quā  
hic alludit poeta) nec ego sum posthac. i. post hoc tempus: tua. i.  
professionis & sectę tuę. nec vlla reuerentia. i. relligio superstitionis  
martis nec iouis tenet me. Hec numina. s. martis & iouis q; tu numi  
na credis: sunt tua id est a te culta: xp̄s vincet. i. supererabit sup. ea: &  
tu occubes. i. succumbes et peribis cum relligione deorum sup.  
tuorum: quia dij gentium demonia sunt Cæsar. s. maxentius: fren  
dens. i. dentes cum fremitu concutens: ad hēc. s. dicta reginæ: con  
torquet. i. circūvoluit lumina. i. oculos: torua. i. itortos & immittes:  
denso supercilio: & clamans: o lictor. i. tortor: nos poscimus. i. exi  
gimus a te noua. i. non vīsa: quia vxoris: aut magna: quia reginæ:  
aut de nouo post mortem rhetorum infligenda: funera dico noua:  
id est mortem nouam accipe: &. i. etiam: hanc. s. coniugem meam:  
& fac sup. vt volucres equoreq; i. maritimē in littore versari solita  
vt fulicæ & vultures: habeant caput sup. reginæ reuulsū. i. ampu  
tatum a ceruice cæsa. i. incisa: & hoc vberibus sup. eius truncis idē  
truncatis & abscisis prius: crudeli. i. crudeliter illato: vulnere sic Ma  
ro. Extinctum nymphæ crudeli vulnere daphnijm flebat. Petr. s.  
apostolus princeps christianorum ex pescatore effectus: pescabitur  
illud. s. caput aut cadaver eius: & suspendet id est sursum pendet il  
lud inuentum id est postq; inuenitur: ad aram christi. Nec mora sup  
ple sit. Interea sup. dum: dira. i. sequa: lues. i. strages pstratorum ful  
mine: agitat: id est vexat: totam vrbem magnis v lulatibus. & dum  
persephones exultans complet omnia cedibus id est caelorum ca  
daueribus & luctibus & superbit. i. se iactat: tanta strage. i. de tanta  
cæde: regina trahitur vincita manus. i. habens manus vietas: & ca  
pillis sparsis. i. habens capillos sparsos (sic secundo qnei). Ecce tra  
hebatur passis priameia virgo Crinib⁹ & ipsa ducitur lachrymans  
præ pudore. s. de anxietate quia spiritus quidem proptus caro aut  
infirma) ad littus: & hoc capistro. i. fune quo equi capi solent: mil  
fo ad colla: sup. eius: que sup. est res nimis indigna: & supple torto  
res afficiunt ipsam ligatam crine id est per capillos suos: ad ramos

arboris quæ stabat vmbrosa lacertis. i. brachijs scilicet ramis: patulis id est semper patētibus & extensis frondens in margine ripæ harenosæ: id est littoris marini. Afficiunt inquā sic ligata: probris id est opprobijs & cōtumelijjs: & multo verbere. & supple ipsa trūcatur: id est decollatur: tandem. i. post longa tormenta ad arces pharias: id est iuxta pharon turrim sumptuosissimam illuc a ptolemeo philadelpho constructam: & hoc pectore conuulso: id est contuso amputatis mamillis: & supple tortores illi nudant: id est spoliant: artus exanimes: id est mēbra defunctæ reginæ: inaures id est ornamenta aurium quæ ex ynonib⁹ aurocq⁹ cōstabant: rapiuntur scilicet a tortoribus: & aurum. i. rhetorū aureum implicitum comis supple rapitur: & monile id est ornamētū collit: diues. i. preciosum: & magnificū: auro supple rapitur: turba fera: scilicet tortorū: sequit id est leuitā suam in eam exercet: pudore amitto. i. amissa verecunda: qua debebat vereri corpus reginæ ac dominæ suę sic spoliare. Ceu id est sicuti plures lupi: cum id est quādo inuenire ouē relictā nocte: desidia id est per desidiam: hoc est negligentiā & pigritudinem pastoris: inuadūt simūl agmine facto: prædā communē. i. ad oēs a quibus inuenta est æqualiter pertinentē: atq; certant. i. contēdunt: in vulnera facienda. Ipsi supple dilaniāt: hic dilaniat caput: ille dilaniat iecur. i. hepar. Alter id ē tertius: pascit in clunib⁹. i. morsum fert in clunes: & sup. oēs implēt fauces: & cruentat. i. cruento spargūt rictū. i. aperturā oris. Porphyrius. s. dux cū regina fam christian⁹ effectus: audiit facinus. i. factū illud horredū: & ipse veniēs repete cū multo milite texit humo. i. sepelijuit lachrymās corpus. s. reginę raptū. s. ab auib⁹ & feris: & exsoluit. i. impedit honores meritos. s. sepulturæ decētis: existens infelix q̄tum fors. s. illa: & breuis hora scilicet presentis vīta sinebat. i. pmittebat eum infelice esse: quia paulopost beatissimus effectus est per martyrij coronā.

Iamq; nouas afferte dap es: discumbere tempus.

Cæsar ait: sat mane soui superis q̄ litatum

Omnibus: & fusō placati sa nguine manes.

Solute tristitiam: curas q̄ immergite baccho.

Debetur noua nupta mihi: namq; impia coniunx

Per noua iudeo nupsit d iuortia christo.

Fette c ados: date crete o de palmitē vīna.

R

Ponite amyneos latices: chiumq; liquorem  
 Et si quid campana sui vindemia misit  
 Nectaris: omnigeno spument crateres faccho.  
 Discumbunt: celeres volitant agilesq; ministri:  
 Et mensas epulis onerant: maxentius ira  
 Iam dudum exustus largo se ingurgitat haustu  
 Sapientus: & pergit venas inflare calentes.  
 Callida persephone graibus coniuia rixis  
 Immiscere volens sumptis præteruolat alis  
 Aequoream simulans volucrem: petit ardua nubes.  
 Itq; reditq; frequens: ducitq; per aera gyrum:  
 Garrituq; sonat pluuiio. denunciat inquit  
 Ichthybolus ventos tempestateq; futuram  
 Iam pelago furor & nautis grauis ingruit imber.  
 Cæsar ut audiuit pelagus: succurrit imago  
 Coniugis ad littus cæse. iubet ire ministros.  
 Necropolimq; trahi: & condit tellure cadauer.  
 Respondere ducem a m dudum funere ducet  
 Porphyrium veteri re gum imposuisse sepulchro.  
 Ecce iterum lachrymas: iterum ciet ira furorem:  
 Lætaq; subuertit præcep's coniuia luctus.  
 Porphyrium cæsar tunc e regione sedentem  
 Pallidus & stomachum vultu confessus opaco  
 Alloquitur. quid me inuito violenter ademptu  
 Corpus humas: quæ religio: quæ cura meorum?

Proudus: ardorem mentis ratione gubernat.

Et placidis mulcet bacchantem vocibus iram.

Porphyrius, nobis cæsar fore dedecus inquirit.

Immortale ratus: si peruenisset ad aures.

Vrbis id infandum facinus quod percitus ira.

Incomposq; tui mandas: celanda putauit.

Corpora defunctæ: & sceleris monumēta nephādī.

Sed furor impatiens freni mitescere nulla.

Voce potest: similisq; padī torrentibus vndis.

Aestuō cum sole niues saxosa gehennæ.

Præcipitant iuga: si cursus occludere tentas.

Obijce contortis crescunt spumantia terga.

Vorticibus: semperq; magis violenta superbīt.

Congeries: tumidaq; premit retinacula mole.

Donec iter gurges agat indignatus apertum.

**C**lamq; nouas afferte dapes. Rursus inter gaudia profusa cæsarī nouus (vt solet) luctus suborū: audita coniugis sepultura. Scriptū enī est de gaudijs inordinatis: q; extremū gaudijs luctus occupat. Coniugis aut̄ suæ ipsum memorē persephone fecisse poetice dicit: quod verisimile est: cū constet magiæ peritū & auguriū studiosum fuisse. Ordo est. Cæsar ait. Afferte iam nouas dapes. i. exquisitas & cæteris delicatores: tēpus supple est discubere. ( Id græcorū more dicit. nā latine cōsuetius diceret: tēpus est discubendi. Cum substātiis enī nominibus nō infinitiā sed gerundia construi. Laurētio devalla docente volunt. Vergilius tñ etiam sic dicit. ij. ænei. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros) Litatū .i. sacrificatū (cum placatione vt confidit) sat. i. satis ioui mane. i. tēpore matutino: & manes. i. dij inferi: placati supple sunt: sanguine fuso. i. inferiæ sunt inferis exhibite. Sunt autem mortuorū sacrificia quæ inferis solūtur ac manibus defunctorū. Vñ maro libro vndeclimo de ænea in funere pallantis. Vinxerat & post terga manus: quos mitteret

R. ij.

Inferiæ

vmbbris In ferias: cæsō sparsuros sanguine flammā. Et hora.ij. car  
minū. Victorū nepotes Rettulit i ferias iugurthæ Solute tristitia  
& imergite baccho. i. vino curas. (Nam bacchus lyeus dicit: eo q  
curas soluat. *Δυω* enī idē est qd̄ soluo). Noua nupta. i. recens con  
iunx: debetur mihi. nā coniunx supple mea ipia. s. in deos: nupsit  
christo iudeo: p̄ diuortia noua. i. insolita & iaudita romanis: quib⁹  
fudeo: nomē inuisum ac superstitionem reputatū est. Ferte. i. afferte  
cados. i. vasa quibus vīnū transferri solet. vt primo ænei. Vīna bo  
nus quē deinde cadis onerarat acestes. date vīna de palmite creteo  
. i. vīte cretenſi: hoc est cretica vīna: q̄ vulgus maluatica vocat. po  
nite latices. i. liquores iñvīus latētes: amyneos. i. ex genere amyne  
arum vītiū. de quib⁹ geor. ij. Sūt & amyneæ vites firmissimavīna.  
Sunt aut̄ quinq̄ earū genera: & ponite liquorē chīū. i. vīnū qd̄ in  
chio iſula nascit: qd̄ amyneū est maxime in phaneo portu: soletq  
aruſiū dici. & si vīndemia. i. vitifera regio cāpana. i. quæ est in cā  
pania italiæ vbi sunt phalerna. cęcuba setina & calena vīna lauda  
tissima. misit quid. i. aliquid (non leges qd̄) sui nectaris. i. optimi ac  
dulcissimi vīni. Sic in bucolicis. Vīna nouū fundā calathis aruſia  
nectar. Crateres. i. vasa vīnaria spument omnigeno. i. oīs generis  
iaccho. i. vīno. (Est enim iacchus vīnū ex nominibus bacchi: quia  
*Ιακχεω* idē est qd̄ resono: nec vno c̄ scribet. Nomina aut̄ deorū  
pro rebus quibus p̄sunt ponūtur) discubunt. s. rex & proceres: mi  
nistri volitāt. i. citissime currunt: existentes celeres & agiles: et one  
rant mensas epulis. Maxētius exustus. i. exiccatus & arefactus iā  
dudum. i. iam a paucō tēpore: ira id est per irā quæ est accēsio san  
guinis circa cor: quæ sitim parit: ingurgitat. i. obruit & proluit se  
ſep̄ius largo haustu. i. multū & frequēter bibit (q̄ ad ebrietatē facil  
līma via est) & pergit. i. p̄seuerat inflare. i. tumefacere venas calētes  
ex vīni ardore. Persephone callida. i. vafra & astuta: volēs imiscere  
. i. cōtaminare cōuiua. i. gaudia cōuiuantū: grauib⁹ rixis: p̄ter  
uolat. i. e regione seu ante cōspectum volat: alis sumptis. i. postq  
assumpsit alas: & ipsa simulans volucrē æquoreā. i. maritimā: id est  
maria frequētare solitā: vt solent mergi & fulice: de quib⁹ hic intel  
ligi videt locus: dicēte verg. geor. i. Iam sibi tū curuis male tēperat  
vīnda carinis Quū medio celeres revolat ex æquore mergi Clamo  
remq̄ ferunt ad littora: quūq̄ marinae In sicco ludūt fulicæ ipsa ar  
dua. i. sublimis effecta: petit. i. aggredit nubes: & it & redit frequēs  
. i. frequenter: & dicit gyru per aera. i. circūuolat: & sonat garritu  
pluuiu. i. pluuiā futurā significāte. Ichthybol⁹ magus ille & augur  
inquit sup̄. illa auis: denūciat vētos sup̄. futuros & tēpestatē futurā

Cretica  
vīna

Amyneea  
Chīa  
Phalerna  
Cęcuba  
Setina  
Cal cena  
Iacchus

furore. i. turbo & commotio ventorum: ingruit iam pelago: & gra-  
uis iber ingruit. i. imminet & incidit iam nautis. i. in nautas. hoc ē  
in petniciem nautarum. Vt. i. postq̄ cēsara audiuit pelagus. i. mētio-  
nem pelagi: imago coniugis cēsē. i. occisē ad littus: succurrit sup.  
ei: iubet ministros ire sup. ad littus & iubet cadauer sup. eius trahi  
necropolim. i. ad ciuitatem mortuorum seu cadauerum. i. vbi cada-  
uera nobilium sepeliri solebant: & iubet cadauer condi tellure. i. se-  
peliri. Sup. ministri respondere porphyrium ducem imposuisse iā-  
dudum. i. aliquanto prius: veteri sepulchro regum. i. in quo. reges  
sepeliri solebant & hoc funere ducto. i. pōpa funebri exhibita (qa  
dictum est meritosq̄ exoluīt honores) Ecce aduerbiū rei iopinatae  
& subito apparentis) ira ciet. i. excitat iterū lachrymas. i. inceſtiā.  
& ciet iterum furorem: & luctus praecep̄. i. prēcipitanter & ex ipro-  
uiso ortus: subuertit lēta conuiuia. i. letitiā conuiuantium. Cēsar  
pallidus (ex commotione enim animi sanguis ad cor descendens:  
faciem pallidam dereliquerat) & confessus id est manifestans: vultu  
opaco: i. nubilo & tristi: stomachum id est furorem & indignatio-  
nem animi qua& stomachum concitat: alloquitur porphyrium se-  
dentē e regione. i. ex aduerso. Quid. i. ad quid o porphyri sup. hu-  
mas id est sepelis me inuitio: corpus. i. cadauer: coniugis meę adem-  
ptum. i. eruptum violenter: sup. auibus aut custodibus. Quae id est  
qualis sup. est ista religio: que id est qualis sup. est ista cura meoz-  
rum: scilicet quam habes de meis nihil ad te pertinentibus? Por-  
phyrius prouidus id est prudēs & circumspctus vir: gubernat ar-  
dorem mentis: id est iram: ratione. i. rationabili sermone: & hoc in-  
telligendo de ardore maxenti: aut gubernat ardorem id est zelum  
fidei suæ: ratione. hoc est occultat eum ad tempus: & mulcet id est  
mitigat: iram. s. cēsatris: bacchātem: id est furentem: vocibus placi-  
dis. i. molli sermone. quia sermo mollis frangit irā. i. quiet ergo sup.  
Porphyrius. i. dixit: ego o cēsar: ratus. i. arbitras: dedecus. i. vitū  
& vituperium: immortale: id est semper duraturum: fore id est futu-  
rum esse: nobis si id ifandum facinus. i. turpissimum factum: quod  
tu percitus. i. omnino distractus & commotus: ira: & incompos tui:  
id est rationis tuæ: mandas. i. p̄cipis: peruenisset ad aures vrbis. s.  
roman. hoc est si innotuisset romanis q̄ iussleris coniugem insepu-  
tam derelinqui: putau corpora defunctæ. s. coniugis: celanda id ē  
occultanda videlicet in sepulchro: & putau monumēta. i. testimoni-  
a nefandi sceleris celanda sup. Sed. i. tametsi mulcet iram: tamen  
furore ipatiens freni. i. nesciens pati moderationem: nulla. i. nō vlla  
non pōt mitescere. i. mitior fieri vlla ratione. & existens similis v-

F Baptista Mantuanus

dis. i. fluctib⁹: padi: illius fluuij in italia maximi (de quo Virg. geor. primo. Proluit insano contorquens vortice filuas Fluuiorum rex eridanus: cāposq; per omnes Cū stabulis armenta tulit) torrentib⁹ id est effluentibus & inundantibus: cū. i. quando: niues p̄cipit: id est deorsum obruunt: sole estiuo: id est per solem estiuū aut vernum: iuga saxosa gebēnē: illius ciuitatis ad quā non padus sed rho danus nascitur verum ex ijsdem alpibus licet plusculo interuallo nascuntur aut augētur quattuor p̄cipui europæ fluuij eridanus seu padus in orientem. i. mare superū tendens: qui vñus in italia est: & danubius ad istros & pānonios septētrionē versus fluens: & then⁹ ad oceanum belgicum seu britānicum currens: & rhodanus ex op̄posito fere danubij per lugdunū: viennā: valētiā: auinionemq; in mare prouincię galliarū sele p̄cipitās: licet ergo non ex gebēnē iugis nascatur padus: ex illorū tamē niuib⁹ augetur nam plurimos fluuios recipit si tu tentas. i. si quiuis tentat. occludere. i. obstruere: obice. i. quoquis obstaculo obiecto: cursus id est impetum padi: terga spumantia: id est vnde & summitates aquarium padi spumantes crescent id est superabundant: & hoc vorticibus id est gyris & circūvolutionibus: contortis. i. violenter cīrctumotis: & congeries. i. congestio & cōgregatio aquarium: superbis id est superior fit: et supereminet semper magis violenta: & premit retinacula. i. obstacula quæ eam retinere tentant: mole. i. multitudine aquarium: tumida id est inflata donec gurges id est ingurgitatio & fluxus aquarium: indignatus id est egreferens q̄ restrictus fuerat: agat apertum iter id est p̄ medium obstaculi dislolutilibere fluat.

Quid scelus excusas hominum turpisſime Cæſar

Inquit: & ignaua regem grauitate laceſſis?

Omnia Thersitæ ſimilis: quid gutture latras

Sardanapaliaco: pallenti excanduit ore

Dux animo dextraq; potens claræq; superbis

Militiæ titulis: voluitq; inuadere pectus

Cæſaris: & capulum dextra complexus eburnum

Destitit. ardentem virtus compescuit iram.

Atq; ita ſpirans fatur. Quid fida tuorum

Pectora Maxenti verbis premis acribus? Et quid

Læta procelloso turbas conuiuia vultu!  
Si tibi causa minus placuit recitata: fatebor  
Altera causa subest potior Sepelire iacentem  
Relligio Christi dominam me iussit: & ipsos  
Rhetoras ante dedi tumulo: Nam flumine viuo  
Me quoque(si nescis) lauit regnator olympi  
Christus: & abiesto verum loue numen adoro.  
Saucius incomposque animi Maxentius: ergo  
Tu quoque carminibus magicis subuerteris: inquit.  
Tu magicas artes tu cædem incendiague audes  
Dux ait: in foelix sequere: & scelus omne reuolute.  
Ingluuiem nutri. duro rape viscera ferro.  
Sanguine tinge manus: innoxia membra trucida.  
Numina Maxenti iustissima. numina tantum  
Sunt visura nefas. meritas dabis impie poenas.  
Expectant te Thybris aquæ. calor iste sub vndis  
Occidet: & tanque Phaeton temerarius axe  
Pulsus ab excenso vastum rapieris in æquor:  
Forsan & inuenies extinctæ coniugis ora.  
Interea pinguem nutri delphinibus escam.  
Ira (scio) tua me morti iam destinat. vltro  
Ibimus: & strictos caput extendemus ad enses  
Intrepidi. nobis nihil est in morte timendum  
Christigenis: quibus est aliud post funera longe  
Nobilioris vitæ genus immortalis olymbo.

F. vili Baptisæ Mantuani

Oppetere est iterum nasci. tormenta subire  
Pro virtute pium. triplex contingit origo  
Christigenis. vulgata prior quia nascimur omnes  
Semine concepti patrio: cum septima foetum  
Luna peragrat vel nona peregerit orbe.  
Altera sic natos terris per mystica transfere  
Flumina: & ablutos genitrix ecclesia lacte  
Nutrit ad ambrosias semper viuentis odorem.  
Tertia cum suprema dies mortale resolut  
Corpus & in cineres opus hoc natura caducum  
Traxit: ad æthereos orbes empyrea regna  
Mittit: ubi & reduces animos complectitur vlnis  
Dulcibus & nitida cœli pater accipit aula.  
Ita fides lorica mihi est adamantina nullis  
Peruia fortunæ iaculis. dum talibus orat  
Porphyrius tumido bilem sub pectore Cæsar  
Rodit: & impatiens vultus obscurat herinnyis  
Et circumpositis stimulat præcordia flammis.  
Dux animum firmante deo nil territus: atra  
Fronte quid atroci dudum concepta venena  
Corde premis: dixit. ne pars innoxia vita  
Villa tua dignum venia te reddere possit!  
Incipe rumpere moras. aperi crudelia tandem  
Ora. satellitibus diris mea funera manda.  
Membra iube lanianda feris in littore spargi.

Defuncti careamus humo: careamus harena:  
Corpora factentur monstros laceranda marinis  
Discite crudeli proceres seruire tyranno.  
Rege sub ingrato sub iniqui principis umbra  
Seruitiis emitur mors obscurissima longis.  
Rumpitur inflatum pectus: mentisq; superbæ  
Nec frenare potest nec dissimulare furorem  
Cæsar: in extremis ardet iam fauibus ira.  
Non aliter q; cum sicco sub somite dormit  
Ignis & afflatu crebro excandescit & aura  
Exilit: & tremulae rutilant per nubila flammæ.  
Ferte citi procul hinc hominem: date vincula clamat.  
Cūq; suo totam domino iugulate cohortem  
Quæ ducis infecti traxit contagia: finem  
Sacrilegis dabit ista dies. Per numina furo  
Perious æternum imperii fulmēq; trisulcum  
Ibitis ad lethen: stygiasq; videbitis vndas.  
Dux & tota cohors missis ad colla catenis.  
(O funesta dies: o lamentabile tempus  
O furor rabies o derestabile virus  
O dolor o regum impietas o mortua virtus)  
Ducitur: & longa properant ad funera pompa.  
Ventum erat ad littus: cum dux fortissimus ægros  
Alloquitur comites: turbataq; pectora firmat.  
O socii mecum terræ pelagiq; labores

F. III Baptiste Mantuanus

Expertus totiens: longæq; pericula passus  
Militia. quid vos terret præsentia mortis?  
Quæ celerem cursu Zephyrum volucremq; sagittam  
Vincit! ubi fortes animi generosaq; virtus?  
Cordaq; ad horrendos nunq; perterrita casus?  
Ponite tristitiam: rectos attollite vultus.  
Cernite perpetuo fulgentem lumine mundum.  
Aethereasq; domos. animis ea patria nostris.  
Ecquid sceminea pauidæ formidine frontes?  
Despiciunt terras? hodie veniemus in astra.  
Sic ait. & Christo sacrum pæana canentes  
Accipiunt altos pronis ceruicibus enses:  
O mors dura virum vita præstantior olim  
Noxia cum rapidæ purgarint sæcula flammæ  
Membra memor vestri deus immortalia reddet:  
Interea gaudete bonis coelestibus: inter  
Spirituum coetus alacres: & sancta precati  
Numina terrigenis Christi implorate fauorem.  
Pectora truncata iacent: fusq; rubescit harena  
Sanguine. mactata est duplex hecatuba tonanti.  
Cum duce bis centum comites in littore cælos  
Christigenæ effossis moesti imposuere sepulchris.  
**C**Quid scelus. Quia ergo placari placido sermone non potuit: iterum iurgij instat maxetius: ob q; porphyrius se christianu cœfili ad supplicia damna cū ducentis cōmilitonibus: quos more ducis contiuncula contra mortis terrorē animat. **O**rdo est. Cesar inq; videlicet ad porphyriū: o turpissime hoīum: quid. i. ad quid excusias

id est purgas: scelus sup. tuū: & lacessis. i. carpis & ptiocas regē. si  
 me grauitate ignauia. i. occultans ignauia tuā specie grauitatis (ea  
 autē grauitas erat in occultando dedecore regis: qđ patuisset cōiu-  
 ge eius insepulta) Quid tu similis oīa. i. per oīa seu in oībus: & est  
 grēca locutio: sic Virg. Aenei. iiiij. Omnia mercurio similis vocēq;  
 coloremq; therſite. i. illi homini ignauissimo sed loquacissimo: la-  
 tras gutture sardanapaliaco. i. molli & deliato seu effemiano qua-  
 le habuit sardanapalus. Therſites ab homero satis describit in ilia-  
 de cuius verba hoc sonant. Ceteri quidē fedebant & detinebātur p  
 fedilia. Therſites aut̄ adhuc folus imoderatus in fermone picabat  
 (id est nugabatur aut garriebat) qui verba mentibus suis inornata  
 & multa icebat temere: sed nō secūdū decorū: contendere regibus:  
 sed quodcūq; ei viſū effet ridiculū achitius erat. Turpissimus autem  
 homo troiā accessit. Strabo erat claudus altero pede. humeri autē  
 curui in pectus coniuncti: sed desuper acutū erat caput: rara autem  
 floruit lanugo: Inimicissim⁹ aut̄ maxime achilli erat & vlyxi. Illos  
 enim conutiijs incessebat. hec ille. huic Vlyxes sceptro terga & hu-  
 meros pcussit: ille autem torquebat: germinās autē excidit lachry-  
 ma: vibix vero cruenta ex tergo ei surrexit de sceptro aureo: sed ille  
 sedit & timuit dolēs: utiliter autē aspiciēs absterit lachrymas &c.  
 Sardanapalus vero semp foelix affyriorū rex gulę indulgebat: ac Sadanapa  
 corporis mollicie: qui semiramidis filius vltimus in siria regnauit lus  
 vir muliere corruptior. Cuius praeſtus arbactus nomine: medis  
 praeſitus: cum eum inuenisset inter sororum greges colo purpu-  
 ras nentē & muliebri habitu cū mollicie corporis & oculorum lasci-  
 uia omnes foeminas anteire: ac pena inter virginēs partiētem: in-  
 dignatus tali foeminē tantum virorum esse subiectum: tractantiq;  
 lanam: ferrum & arma habentes parere: progressus ad socios: quid  
 viderit refert: negantq; se ei parere posse: sit coniuratio: bellum sar-  
 danapalo infertur. qui vicitus se in regiam recepit: vbi extorta in-  
 censaq; pyra se cum diuitijs suis incendio absumpsit: hoc solo virū  
 imitatus: vt auctor est Iustinus libro primo. Cicero vero libro qui  
 to tusculanarum refert sardanapalum iussisse in busto incidi: hec ha-  
 beo quæ edi: quæq; ex saturata libido hausit. at illa iacent multa &  
 præclarā relicta. quæ quidem verba Cicero in sepulchro bouis in-  
 scribi posse dicit: huic autem semper foelicis nullus amicus secundū  
 valerū maximū fuit: sed ad ordinem redeo dux. s. porphyrius: po-  
 tens aīo & dextra: & superbus. i. clarus & inclytus titulū claræ mili-  
 tie: id est bellorum clare gestorum: excāduit. i. ira succensus est ore  
 pallenti (id enim quibusdam iratis vehementer eueuit ut paleant

Thersites.

Sadanapa  
lus

## F. Baptista Mantuanus

cū qui simul cū ira pudore afficiuntur erubescant) palluit aut eo q̄  
 animus cōmotus sanguinem ad p̄cordia attraxerat: & voluit inua-  
 dere pectus cēclaris: & cōplexus dextra. i. arripiens capulum. i. ma-  
 nubrium gladij quo. s. capitū: eburnū. i. ex ebore factū: destitit. s.  
 ab incepto (a desisto fit vt notū est: destitū) quia virtus. i. prudētia  
 eius compescuit iram. Quod Homerus de achille in hanc sententiā  
 dicit. His cōmotus Achilles capulū arripit: & ferro in agomēnona  
 irruisset: nisi iuno mineruā demississet q̄ eū retineret &c. per miner-  
 uam autē sapientiā & rationē intellexit. hoc quoq; statius in achil-  
 leide imitatus est: sed pergo Atq; Porphyrius suspīans fattur ita.  
 O maxenti: quid. i. ad quid p̄mis. i. vrges & lacelis: acribus. i. acer-  
 bis & contumeliosis hoc est acriter pungentibus verbis: pectora fi-  
 da tuorum. i. eorum qui tibi fidi sunt (exponit hoc dicens alijs ver-  
 bis) & quid turbas conuiua leta: id est conuiuas letos vultu procel-  
 loso. i. turbido, & inflāmato: si causa recitata minus. i. non placuit ti-  
 bi: ego fatebor: sup. qđ verū ē: q̄ scilicet altera causa potior subest:  
 id est latet in hac: quia religio christi iussit me sepelire dominam. s.  
 reginā: iacentē. i. cū iaceret occisa: & i. insuper dedi tumulo. i. sepe-  
 liui: ante. i. prius: ipsos rhetoras: nam christus regnator olympi. i.  
 coeli: lauit quoq;. i. etiam me (si nescis. i. hoc dico quia videris nesci-  
 re) flumine viuo. i. fonte baptismatis animā viuificante. & ego ado-  
 ro verū numen. i. veram diuinitatem: ioue. s. gentiliū deo: cuius fal-  
 sum est numen) abiecto. Maxētius saucius. i. aeger & lesus in animo  
 hoc est qđ dicit incōpos animi: inquit. i. respondet: ergo tu quoq;  
 id est etiā tu: subuerteris. i. occulte puerteris: magicis carminibus?  
 Dux. s. porphyrius: ait. i. respondit: tu sup. o maxenti: audes sup.  
 exercete: artes magicas: tu audes cēdem. i. occisionē innocentium  
 & tu audes incendia. i. cōbustionē innoxiorū sicut rhetorū: tu o in-  
 felix: sequere sup. magicas artes. & reuolue. i. recognita & exquire  
 omne scelus: nutri ingluviē. i. turpē gulā: rape viscera. s. matrū gra-  
 uidarū: duro ferro (quia vt dicitū est maxentius vteros grauidarum  
 xpianarum dissecuit: & scetib; extractis ī necromatijs abutebatur)  
 tinge. i. intinge: manus sup. tuas sanguine. s. xpianorū: trucida: id  
 est truculenter occide: mēbra innoxia. i. nullā noxā halentiū. Ista  
 autē ironice p̄setenda sunt: & sub modo p̄cipiendi: quivet andiyim  
 habeat: vñ se q̄tur. O maxēti numinā: numina dico iustissima: sunt  
 visura tātū nephias: & ideo: tu i probe dabis poenas meritas. A quæ  
 thybris: fluuij illius romā p̄trāseūtis: expectātē. quia in eis dicitur  
 submersus cum magna parte complicū suorū (cū enim pontē dolo-  
 sum super thybrim constituisset: postea timore cōcussus & imemor

fraudis suæ: incidit in foueā quā fecerat. Illud aut̄ nouit porphyri⁹  
 ex diu catharina q̄ id reginæ in carcere p̄dixerat presente porphy-  
 rio: aut ab eodē spiritus sancto quo & illa p̄doctus). Iste calor. i. iste  
 feruidus furor: occidet. i. exterminabit & extingueſ sub vndis. s.  
 thybridis: & tu rapieris ab impetu. s. aquarū thyberis qui in mare  
 tyrrhenū influit in vastū æquor. i. ampliū mare: tanq̄ supple esles  
 phaeton filius ille clymenes & apollinis qui in padū cecidit: teme-  
 rarius: quia audebat regere currū solis pattis sui: pulsus. i. detrusus  
 & p̄cipitatus: ab axe excuso. s. currus solaris: & tu inuenies forsan  
 ora coitugis extinctæ. hoc in derisionē dicit sicut maxētius dixerat  
 piscabit illud petrus &c. quia sciuit iam sepultā esse. Nutri interea  
 delphinibus. i. piscibus marinis: pingue escā. i. corpus tuū ab illis  
 deuorandū. Ego scio tua ira destinat. i. adiudicat iā morti me. Nos  
 ibim⁹ vtro. i. nō coacti sup. ad mortē: & nos extēderimus intrepidi  
 .i. iperterriti & sine pturbatione caput supple nostrū & potissimum  
 colla ad enses. i. secures aut gladios: strictos. i. euaginatos. Nihil ē  
 timendū nobis christigenis. i. qui sumus in christo regeniti: quib⁹  
 aliud genus vitæ imortalis: longe nobilius est olympo. i. in cœlo  
 post funera. i. post mortē temporalē. & quibus sup. oppetere. i. for-  
 titer succubere & mori: est nasci. (Oppetere pprie est contrapetere:  
 hoc est dentib⁹ terrā petere. qui enī apud romanos in bello fortiter  
 ceciderūt: reperti sunt terrā cadēdo momordisse: ne vocē virō fortī  
 indignā emittant. Vñ est illud vergilianū. & humum semel ore mo-  
 mordit. Hincetiā oppetere p̄ fortiter mori accipit̄. vt primo ænei.  
 O terq; quaterq; beati: quis ante ora patrū troæ sub moenib⁹ altis  
 Contigit oppetere) & quibus supple subire tornēta pro virtute. i.  
 fide & veritate ac religione: est. i. reputatur: pium. i. religiosum ac  
 mite. triplex origo. i. nativitas cōtingit christigenis. Prior (potius  
 dixisset prima: quia prior de duabus tñ dici debet partib⁹. potest  
 etiā ponī loco eius dictionis: vna est: sed nolumus quicq̄ mutare)  
 supple est vulgata. i. omnibus cōmuniſ & nota: qua nos omnes cō-  
 cepti semie patrio. i. paterno nascimur cum. i. postq̄ luna septima  
 post conceptū scilicet vel nona supple luna: peregerit id est matu-  
 rauerit foetum: orbe scilicet cœlesti peragrato. i. sphæra sua septies  
 aut nouies peragrata: hoc est post septimū aut nonum mēsem. nā  
 in octauo mense pauci nascūtur: nec iā superiuūt. Altera. i. secunda  
 origo seu nativitas christianorū: trans fert natos sic. i. more natu-  
 rali & vulgari: terris in terris: aut ad terrenā vitam: per flumina mi-  
 stica. i. spiritualia: in quibus occulta virtus spiritus sancti operatur  
 vitā spiritualē: & ecclesia genitrix. i. mater nutrit. i. educat ablutos:

Oppetere

**Ecclesia**

id est purgatos ab omni peccato: nutrit dico lacte. i. dulcedine gratiarum sacrametalium ad odorē ambrosiae illius herbae (qua dij dicti sunt delectari: & qua veloci dicuntur) semper vivētis. i. cœlestis: hoc est regeneramur in fonte ad cœlestē vitam percipiendā. ( A duerte aut in quo plurimi errant: ecclesia bene pferri secūda longa: quia & hoc est ita græcum quod in secunda syllaba habet: scribitur enim sic εκκλησια: apud nos semp in e longū mutat. & dicit̄ coetus cōficio aut conciliū.) Tertia supple origo seu nativitas: mittit. s. nos christigenas ad orbes æthereos. i. cœlestes: appositorie: regna empyrea. i. q̄ sunt in celo empyreo vbi est beatorū sedes: cū. i. postq̄ dies sup̄ma. i. vltimū tēpus vitæ huius: resolut̄ corpus mortale: & natura traxit hoc opus caducū. i. corruptibile videlicet corpus quod ex cōtrarijs compositū semp ad interitū tendit: mittit inquā ad empyrea regna: vbi. i. in quib⁹ regnis: pater. i. patrator & factor celi seu pater cœlestis: cōpletif dulcibus vlnis. i. brachijs: aios reduces. i. a se creatos & ad seruertētes: & accipit sup. eos in aula nitida. i. splēdida. ( Accipere pprie dicimur ad cōiuīū. Vñ comicus. nemo accipit melius: & poeta Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Iuxta hoc aut dicitur Luce. xxij. Ego dispono vobis sicut dispōsuit mihi pater meus regnū: vt edatis & bibatis sup mēsam meā in regno meo. Verū hec oīa sane intelligēda sunt. Non enī animē sic reduces sunt: vt platonici dicunt: vt videlicet prius in coelo creati sint & posteā ī corpora per coeli orbes demissae. Nec deus sic vlnas habere credeat: vt figura aut dīmēsionibus circūscribi putetur. Nec sic accipere: vt corporalibus cibis nutriat. Non ī proprie aut dixit animos. nā licet animus vulgo capiat pro qualitate aīe: hoc est p animositate: tñ hoīs sp̄ritus animus pprie dicitur. Vñ Iuuinalis satyra. xvi. Sensem a cœlesti demissum traximus arce: Cuius egēt prona: & terrā spectatia! mundi Princípio indulxit cōmunitis conditor illis Tantū animas nobis animū quoq;. ) Ista fides est mihi lorica. ( i. tunica a cōtrarijs protectua q̄ olim ex loris siebat) adamātina. i. durissima & quasi ipenetrabilis ac si esset ex adamāte. Vnde addit: nullis. i. nō vllis: nō perutia. i. nō pertrāsibilis vllis iaculis fortunæ. i. aduersitatis externæ a casu puenētis. Sic thessa. v. Induti loricā fidei) dū porphyrius orat. i. oīone loquitur: talibus supple verbis cæsar rodit bilem. i. indignationē ex bili: hoc est atra colera ortā: sub pectore tumido. i. inflato per iram: & erynnis. i. furor impatiens. s. more aut dissimulationis: obscurat vultus supple eius. & stimulat. i. pungit & instigat p̄cordia: id ē vicina cordis vbi est affectionū sedes: flāmis circūpositis. Dux. s. porphyrius: nil ter-

**Accipere****Animus**

ritus: & hoc deo firmâtē. i. corroborâtē animū supple eius: dixit o  
 maxētī quid p̄mis. i. occultas frōte atra. i. obscura: & corde atroci:  
 venena concepra dudū. i. malū quod cōcepisti in me: ne vlla pars  
 vitæ tuæ: innoxia. i. innocēs & sine noxa: possit reddere. i. efficere  
 te dignū venia. i. remissione peccatoꝝ: incipe: rumpe moras: aperi  
 tandē ora crudelia: manda satellitibꝫ. i. ministris tuis diris: mea fu  
 nera. i. executionē mortis meæ. iube membra supple nostra spargi  
 in littore lanianda. i. delacerāda feris. i. a feris in littore. & iube sup.  
 vt nos defuncti caream⁹ humo. i. humatione seu sepultura: & care  
 amus harena. i. nō sinamur in harena sepeliri q̄ tñ deberet esse cōis.  
 (Vnde dicif primo ænei. Quod genus hoc hoīm q̄ vel hunc tā bar  
 bara morē: Permittit patria: hospitio phibemur harenæ.) Et iube  
 vt corpora nostra factētur lacerāda monstris marinis. O proceres  
 discite seruire crudeli tyranno. mors obscurissima. i. ignominiosissi  
 sima emitur longis seruitijs sub rege ingrato: & sub vmbra. i. clien  
 tela iniqui principis. Cæsar rūpit pectus inflatū. i. habet pectus  
 inflatū ruptū. Nisi dixeris pectus sup. cæsar is inflatū rumpit: & cæ  
 sar nec pōt frenare nec dissimulare furorē mētis supbæ: & ira ardet  
 .i. excādescit iam in extremis faucibus. Non aliter q̄ cū ignis dor  
 mit. i. sopitur sub fomite sicco. i. stuppa aut alio fomento arido: &  
 excādescit. i. inflāmatur crebro flatu. i. sufflatiōe: & aura. i. splēdor  
 scintillarū exilit: & flāmæ tremulæ. i. scintillātes: rutilat. i. coruscāt  
 p nubila. i. tenebras aut nubes. Et sup. cæsar clamat ferte. i. tollite  
 citi. i. festini: procul hinc. i. a cōspectu meo: hoīem. s. porphyrium:  
 date vincula. i. ligate eū: & iugulate totā cohortē. s. militū q̄ sub eo  
 militauerāt cū suo dñō: que. s. cohors traxit contagia. i. infectionē  
 ducis infecti. i. a duce infecto. Ista dies dabit sacrilegis finē. i. exter  
 minabit sacrilegos. s. christianos: ego iuro p numina. i. per deos &  
 per æternū imperiū iouis & p fulmē trisulcū. i. tres fulcos faciēs: qđ  
 ioui p insigni datur (sicut neptuno fuscina tridens: & plutoni: cer  
 benus triceps) vos ibitis ad lethen. i. fluuiū obliuionis apud iferos  
 quē transestūtes fm gētiles: defūctos & aīe obliuiscitūre eoꝝ: q̄ in vita  
 gesserūt: & dum ab elisijs cāpis iterū in corpora cōpelluntur: obli  
 uiscitūre eoꝝ: q̄ apud inferos viderint) & vos videbitis vndas sty  
 gias. i. infernales a moestitia dictas. Dux (igīt sup.) & tota cohors  
 scilicet ducētoꝝ militū: ducitur sup. ad mortē: versa vice, nā ducis  
 est ducere: nunc aut duci: catenis. i. vinculis ferreis missis ad colla  
 & sup. turbæ aut pceres properat ad funera. i. ad mortē ducis & mi  
 litū longa pōpa. Contra qđ exclamat poeta dicēs. O dies funesta:  
 id est lugubris & funeribus polluta. o tempus lamentabile. o furor

regū. o rabies regū. o virus. i. venenū detestabile. i. dignū detestatione. o impietas regū. o virtus mortua regū. i. in regibus. Ventū erat. s. a duce: militibus & tortoribus: ad littus. s. maris cū. i. quādo dux fortissim⁹. s. porphyrius alloquīt⁹ comites. i. cōmilitones suos: ægros. i. de mortis angustia cōturbatos: & firmat. i. confortat pēdora supple eorū turbata: dicēs supple. O socij experti mecum totiens labores terræ & pelagi: & passi pericula longæ militiæ. ( Sic æneas primo ænei. O socij ( neq̄enim ignari sumus antemalorū: o passi grauiora: dabit deus his quoq̄ finē. Vos & scyllæ rabiē penitusq̄ sonātes Accēstis scopulos: vos & cyclopia faxa Experti: reuocate animos moestūq̄ timorē Mittite &c. ) quid. i. ad quid presentia mortis terret⁹ vos: quæ scilicet mors vincit zephyrū ventum illū occidentalē: celerem cursu. i. velocissime currentē: & sagittā volucrē. i. celerrime volantē: vbi supple sunt nunc animi fortes & virtus generosa: & corda nunq̄ pterrita ad casus horrédos! ( ductū est p̄teritæ virtutis milites cōmonere: vt ad instātia fortes sint. Sic Līuius s̄epe in cōtionibus ducum facit. ) Ponite. i. deponite tristitia: attollite vultus rectos & nō demissos per tristitia velaspicite cœlos hoc est cernite mundū. i. ornati cœli fulgentē perpetuo lumine: & cernite domos æthereas. i. cœlestes: ea patria est supple nostris ammis. Ecquid ( ab en & quid fit ecquid ), i. ecce ad quid. mētes supple vestræ pauidæ ( diceret pauebat ) formidine foeminea. i. qua foeminae pauidæ esse solent: despiciunt. i. deorsum inspiciūt: terras demissis. s. luminibus ( vbi attendes despicere non esse semper contēnere: sed pprie deorsum inspicere. vt primo ænei. Et iam finis erat: cū iuppiter æthere summo Despiciēs mare veli uolū &c. verum quia ex contēptu qñq̄ aspicere nolumus: dicimus despicere quos contēnimus. vt in buco. Despectus tibi sum: nec qui sim queris alexi ) nos veniemus hodie in astra. Sic ait. s. porphyrius: & ipse socij eius canētes christo pēana. i. canticū laudis sacrū. Pēan auctore festo a ταὶ ω qđ est ferio deriuat: vel vt euastchio placet a ταὶ ω qđ est medeor. & est apollo aut apollinis laus & abusiue omnīū deor̄. vt dicit seruius ad illud. vi. ænei. Vescētes latūq̄ choro pēana canētes. Declinatur aut̄ hic pēan: sicut pan & titan: sed carmē pindari pēana singulari caret) accipiunt pronis. i. inclinati ceruicibus: altos. i. ab alto veniētes: enses. i. gladios. O clara mors virū. i. viror̄: p̄stātor vita: deus memor vestri: reddet olim. s. in nouissimo die cū. i. postq̄ flāmæ rapidae purgarint. i. purgauerit secula noxia. i. p̄ctis polluta: reddet dico mēbra imortalia: cū fm apostolū ad Ro. vii. viuiscabit mortalia corpora vīa: Gau

Despicere

Pēan

dete interea bonis coelestib⁹ ex̄ntes alactes inter coetus spirituū . s.  
coelestiū: & vos p̄cati . i. p̄cantes sancta numina . s. sanctā trinitatē  
iplorate . i. ipetrare terrigenis . i. nobis in terra degētibus & genitis  
fauorē christi. Pectora . s. illoꝝ martyru: iacent trunca . i. trūcata &  
capitibus priuata: & harena rubescit . i. fit rubra sanguine fusō . s.  
Vallā diceret rubefit: quia a rubore externo: duplex hecatuba . i. sa  
crificiū ducētoꝝ capitū mactata ē tonāti . i. summo deo. (hecatuba  
enī est centū capitū sacrificiū: sed pp̄terversum dixit more latīnoꝝ  
hecatuba. Christīgen⁹ . i. reliq̄ christiani q̄ in illis locis occulti erāt  
mœsti . i. dolētes imposuere sepulchris effossis bis centū . i. ducētos  
comites cēsos . i. occisos in littore: cū duce sup̄. eoḡ . s. porphyrio.

Et iam prona dies nocti cedebat & vmbbris:  
Occiduo radians excelsam lumine calpen.  
Cum furijs cæſar longis iam fessus & ira.  
Sic secum. quæ tanta istis constantia! quodnam  
Robur inest animis tantum! quæ pectora virtus  
Inconcussa regit! quæ spes! quæ præmia tanti!  
Morte quid expectant obita? neq; credere dignū est  
Sanctius his numen: quorum respublica pauper  
Q; nostris qui regna tenent telluris & vndæ  
Illam ego numinibus gentem melioribus vt  
Crediderim cuius terrena potentia maior.  
Nam si regna dei arbitrio terrena gubernant  
Distribuuntq; suo: qui dant maiora putandi  
Maiores: lybiam iuno: regna attica pallas:  
Iliacam phœbus: tarpeiam iuppiter arcem  
Constituit. regnum regno ceu numine numen  
Maius erat: sed christigenis nec regna nec vibes.  
At fuerit satius tantos sedare tumultus

Vnus interitu, vel si mutabitur: elus  
Connubio: tantumq; decus seruare iugali  
Foedere: & has tandem curas extinguere tardis.  
Saturni iam bruma dies & lata reducit  
Tempora: quæ nobis patrio celeberrima ritu  
Iucundos hyberna sales & xenia poscunt  
Ocia nocturnæ poscunt conuiua mensæ:  
Expediam: tristis ne se inter gaudia luctus  
Ingerat. interea placidas mihi iuppiter vndas  
Aequoris: & cursus dabit ad mea regna secundos.  
His dictis placet accito lictore puellam  
Duci iterum e tenebris: iterum tentare loquendo  
Virgi neumq; nouis pedicis caprare pudorem.  
Quam simul ac vidit sic est aggressus. amicas  
Troius assultu subito expugnauit adulter.  
At tua terdenis nondum est mollita diebus  
Duricies. ponti glacie hircanaq; tandem  
Frigora & arcoz vincuntur sole pruinæ.  
Tu getico sopita gelu vel gorgone visa  
In silicem durata nequis mansuescere. quercus  
Orpheus. amphion lapides: delphinæ atton  
Mouit: & orphæos senserunt tartara cantus.  
Tu niue frigidior. tibi ferrea corda: sepulti  
Vsq; adeo tibi sunt sensus hebetataq; mentis  
Lumina: vt albenti videare simillima saxo:

Coniugis assyriæ verso quæ in marimora vultu  
Fluxit & ardentem spectat fugitiua Gomorram.  
Heu quianam contra genium moremque iuuentæ  
Molliciemque tui sexus generisque superbi  
Stemma supercilios spernis regalia toruo  
Imperia! ah demens: tu blandimenta minasque  
Despicis. & surda perfitas immobilis aure.  
Tu populo spolias urbem: tu coniuge regem.  
Militibusque ducem: duce Cyrenensis regna.  
Et miseremur adhuc: & te seruare parati  
Mitibus alloquimur verbis. Genus aspice quantum  
Romanum pietate valet. Mitesce parumper.  
Si seruire pudet. mecum regnabis. habeto  
Coniugis extinctæ thalamos. Romana videbis  
Moenia. & incedes latiam regina per urbem:  
Quod tua gentilis quondam Cleopatra tumultu  
Ambiit Actiaco: tu Cæsare digna marito:  
Accipe largimur sine bello & sanguine regnum.  
Sic ait & cœco languet Maxentius igne.  
Illa velut dorsum mediis in fluctibus ingens  
Vapulat assiduis & nunquam vincitur vndis:  
Define plura: nefas iterum me nubere: dixit  
Nupsimus. inserto nuptam manus indicat auro.  
Et mihi nunc alacres nitidis coniuia mensis  
Virgines soceres parant. hodie subitura mariti

Sitti

F. III Baptista Mantuanus

Lim en:& e tenebris claros aditura penates.

Nec sum dura, fidem seruo. Tu sanguine gaudes,

Non ego, tu tanti sceleris durissimus auctor.

¶ Et iam prona dies. Cū ad uesperasceret maxētius curarū plenus: quia vt Maro inquit sub noctē cura recursat: disquirit secū quānā esse poteſt christicolis tanta fiducia: ſed impietate cœcus nō potest in tam humili christi christianorumq; conditione verum numen agnoscere: qui error iudeos quoq; haec tenus illudit. Cōſtituit ergo virginem aut in cōnubiuſ ſuū allicere: aut morte abolere. ¶ Ordo ē. Et dies prona. i. ſol inclinatus: cedebat iā nocti & vmbbris. i. iam ad ueſpascebat: cedebat dico illuminans: calpen excelsam. i. mōte illū excelsū ſed non ſane magnū in hispania vt auctor eſt strabo: lumine occiduo. i. occidentalī: eſt etiā calpe iñſula occidētalis ad gades ſed quia excelsā dicit de mōte loquiſ. Cū. i. qñ cæſar iā feflū furij longis: & ira ſup. longa: ſecū ſup. diſputat ſic. Quę tāta conſtatia: eſt ſup. iſtis. f. miſeris hominib⁹: quodnā tantū robur in eſt animis ſup. eoꝝ: quę virtus regit pectora ſup. eorū incōcufſa. i. imobilia: quę ſpes ſup. eſteiſ: q̄ p̄mia ſup. ſunteiſ tāti. ſupple momēti quid expectant morte obita id eſt oppetita & pacta. q. d. non video. neq; dignū eſt credere: ſanctius numen: eſſe ſup. hiſ quorum reſpu blica eſt paup: q̄ noſtris. i. romanis p̄nicipib⁹ qui tenēt regna tel luris & vndē. i. terre & maris. Ego crediderim illā gentē vti meliori buſ ſnuminibus: cuius potentia terrena eſt ſup. maior. Nā ſi dei gu bernāt & diſtribuūt regna terrena ſuo arbitrio. i. ad nutū & arbitriū ſuū: illi ſup. dei qui dāt maiora ſup. regna putandi ſupple ſūt maiores. quod probat inductiue. Iuno cōſtituit lybiā. i. regnum carthaginense in lybia: Pallas. i. minerua conſtituit attica: id eſt athenienſia regna. Phœbus. i. apollo conſtituit iliacā. i. troianā arcem. Iup piter conſtituit tarpeiā arcem. i. capitoliū romę: & regnū ſup. aliud erat maius regno ſup. alio: ceu. i. ſicuti numen erat maius numine. ſed nec regna nec vrbis ſup. ſūt christigenis. At. i. ſed: ſatius. i. p̄ſtātius eſt fedare tantos tumultus interitu. i. interēptioneyni⁹. f. virginis: vel fedare tantos tumultus cōnubio ei⁹. f. virginis: ſi mutabit ſ. a fide ſua & ſeruare: id eſt conſeruare tantum decus. i. ornamētū formę & prudentię (Magna laus ab hoſte laudari. ſicut. i. ēnei. Ipe hoſtis teucros inſigni laude ferebat) fœdere iugali id eſt viciole matrimoniali: & extingueret: has. i. meas curas. i. flammaſ amoris: te diſ. i. fauicibus nuptialib⁹. & hoc cōmercio eius per nuptias cōceſ-

Calpe

Cōnubiuſ

so(Noris grāmatice nubes & nubo & nubilū primā producere: cū  
 connubītū secundā cōmūnem habeat: modo breuē vt hic & primo  
 ēnei. Connubio iungā stabili propriāq; dicabo. Modo longamvt  
 eiusdē quarto Cuiq; loci leges dedim: cōnubia nostra Reppulit)  
 Bruma. i. breuissima tēpestas lucis istans: inducit iā dies saturni. i.  
 quibus saturnalia celebrari solent & pro. i. reducit lēta t̄pā: q; existē  
 tia nobis celeberrima ritu patrio: id est patriē meę videlicet romae:  
 poscūt sales iucūdos. i. facetias & vrbanos fermones & iocos: Sic  
 marti. Postulat ecce nouos ebria bruma sales, & xenia. i. dona quas  
 strenas quidā vocāt: hyberna. i. hyemalia: & cōiuia nocturne mē-  
 se. i. q; cum libertate in noctē vſq; celebratur: poscūt ocia. i. cessatio  
 nem a curis & opationib;. Expediā i. expedite & cito finē imponā  
 & alterū faciā: ne luctus tristis. i. tristes efficiens ingerat se iter gau-  
 dia. Iuppiter dabít interea mihi placidas vndas equoris. i. maris:  
 & secūdos. i. pspēros cursus ad mea regna. f. romana: q; nimīū vise  
 re cupiebat. Sed ne qd te lateat lector: noris (qd Macrobi⁹ libro. i.  
 saturnaliorū late disquirit) saturnalia festa fuisse romanis celeberria  
 ad. xvi. calēdas ianuarias: in quib⁹ serui cū dñis māducabant: & li-  
 bere in dños cōuiciabant: ob memorīa libertatis q; erat t̄pe quo sa-  
 turnū ianus suscepērat. vino p̄terea ap̄liter indulgebāt: q; saturnū  
 vitisatorē cēserēt) His dīctis. i. postq; hec secū dixerat Maxentius:  
 placet puellā duci. i. vt puella ducat iterū e tenebris: lictore citato:  
 id est vocato: & placet tētare iterū loquēdo p blādū sermonē: & ca-  
 ptare nouis pedicis. i. laq;is: pudorē virgineū. i. pudicitia & castita  
 temvirginalē. quā. f. puellā simul ac. i. immediate vt v̄dit: aggressus  
 est sup. eā sic. Adulter troius. i. troianus. f. Paris expugnauit subi-  
 to assaltu amīclas. i. paruā illā cūiitatē vñ helenā auexit. vñ Stati⁹  
 ad principiū Achilleidos. Soluerat oebalio classē de littore pastor  
 Dardanus: incautas blāde populat⁹ amīclas. At. i. sed tua duricies  
 nondū est mollīta. i. mollificata terdenis. i. triginta diebus. glacies  
 ponti. i. maris pontici: & frigora hircana q; sūt in hircanis motibus  
 boreā sub septētrione expositis: & pruinæ arcto. i. sub arctis. i. vr̄-  
 sis in septētrione ppe glaciale zonā: vincuuf tandem: tu sopita. i.  
 in-  
 uoluta gelu getico. i. ppetuo quale e apud getas: vel durata i silicē:  
 id est lapidē durissimū: & hoc gorgone. f. medusa: qvnae gorgoni  
 bus dicitur: visa: quā. f. videres in saxa verti fabulaban⁹ antiq; poe-  
 tē: nequis. i. nō. vales: māfuescere. i. māfuetior fieri: Orphe⁹ mouit  
 quercus: aphion vates thebanus: mouit lapides ad cōstructionem  
 scilicet murorū thebanorū: Ariō musicus ille myteleneus mouit del-  
 phinas. i. pisces illos qui eū in dorso excipientes in columem terris

Saturna  
lia

**Orpheus.** reddiderunt: & tartara. i. inferna: senserunt catus orpheos. i. orphicos quib' orpheus euridicen coniugē suā ab inferis eduxerat & reductā retinuissest si non retros pexisset. Notē sunt fabulē de medusa enī prius diximus: de orpheo & amphione sic dicit Horatius in arte poetica. Siluestres hoies facer iterpresq; deorū: Cædib' & victu foedo deteruit orpheus. Dictus ab hoc lenire tygres rabidosq; leones. Dictus & amphion thebanæ conditor vrbis Saxa mouere so no testudinis: & pce blanda ducere quo vellet &c. quomō euridicē reduxit: docet Maro geot. iiiij. De arione vero A. gelliū legito) Tu sup.es frigidior niue: corda sunt sup.tibi ferrea: sensus. i. affectiōes humanę: sūt sepulti sup. tibi v̄sq; adeo. i. intantū: & lumina mentis sunt hebetata. i. obtusa tibi v̄sq; adeo: vt videare. i. videaris simil-lima saxo albenti. i. cōiugis assyrię. i. vxoris loth in assyria residen-tis q̄ fluxit. i. resoluta est in marmora. i. statuā salis q̄ marmora vide tur & hoc vultu verlo. i. retrospiciēt & q̄ fugitiua. i. cū fugeret spe stat gomorrā ciuitatē illā: ardente. s. sulphure & igni: vt dicit gene-sis. xix. ( Sed q̄res quomō hec nota sint maxētio: dices nō dissonū esse veritati eū cū fuerit litterarū peritus & rerū nouarū studiosus: eam historiā ab egip̄tijs audiuisse: quibus nō longe abest ea regio: & qui iudeorū libros a. lxxij. interptib' sub ptolomeo philadelpho versos habuerūt) heu quianā. i. cur (sic Maro. Heu quianā tāti cīxe runt ethera nymbi) tu toruō supcilio. i. habēs toruō supciliū: sper-nis cōtra geniū. i. naturalē inclinationē tuā: & cōtra mortē iuuentā: & contra mollicētū sexus. s. foeminini qui mollior esse solet: & cōtra stēma. i. coronā nobiliū tui generis) In stēmate enī oīm qui alia quid laudis in eo genere meruerūt: noīa & effigies p linea deduce bantur: nos citabaturq; per lineas seu ramusclos: a quo & p quos quisq; genus traxerat: quia ergo a decē regib; se catharina genus ducere cōfessa est in primo hui'. bene dicit eā habere nobile stēma) tu inquā spernis iperia regalia. i. summa qualia regi: qui vñus oīa regit: cōpetūt: ah demēs tu despicis. i. aspernaris blādimēta & minas & tu perstas immobilis: aure surda. q.d. obturata. tu spolias vrbem scilicet romanā ppter quosdā ex militibus porphyrijs & ppter regi nam: populo: tu spolias regē cōiuge. tu spolias ducē. s. porphyriū militibus: & tu spolias regna cyrenēsia q̄ prius cyrena: ca dixit du-ce. s. porphyrio qui illic pfectus erat: &. i. attamē nos miseremur. i. parcimūs adhuc: & nos parati seruare te: alloquimur te mitib' ver-bis: aspice. i. attende: quātū genus Romanū valet pietate. ( Hanc laudē pietatis licet inique maxētius sibi vendicat: romani tñ princi-pes oīi obtinuerūt: quocirca maro vt ab origine Iuliū cēsarē pietā

**Stemma.**

tem traxisse ostēderet: q̄near s̄emp pium effinxit) Mitesce. i. effice-  
re mitis parumper si pudet scrūire: tu regnabis mecum: habeto tha-  
lamos. i. cubile coniugis extīctæ: tu v̄idebis moenia romana: & in-  
cedes regina p̄verbem latiam. i. per romam q̄ caput latij est. Tu di-  
gna cefare marito. i. habere cefarem maritum accipe (nos enī largi-  
mūr) illud regnum sine bello & sanguine. i. sanguinis effusione: q̄d  
cleopatra. i. vltima regina egypti: tua gentilis. i. de gente hoc est p̄  
genie tua: ambiit. i. superbe & ambitio se petiuit: quōdam. i. tempo-  
re augusti cum ātonio triūfro nubaret tumultu. i. bello tumultuo-  
so: actiaco. i. quod in actiaco mari gestum est: vbi antonius & cleo-  
patra in fugam versi sunt, Maxentius ait sic: & languet. i. confici&  
& vritur. coeco igne. f. amoris excoecante miseros amantes. Illa. f.  
catharina: vapulat. i. percuditur velut. i. sicut ingens dorsum. i. sco-  
pulus vapulat. i. percuditur in mediis fluctibus: & nunq̄ vincit assi-  
duis vndis. & sup. dixit. O maxenti desine plura sup. proloqui ad  
nuptias reconciliandas inter nos: quia nephas sup. est me nubere  
iterum (nondum enim prior maritus defunctus erat: vnde subdit)  
Nos nup̄simus sup. xpo. manus incerto auro. i. habens aurū. i. an-  
nulum aureū insertū: idicat me nuptam & vir. f. xps: & socer. f. de-  
pater existentes alacres. i. laeti: parant mihi nunc coniuia in nitidis. i. coelestibus mensis. ego subitura sum hodie (hoc qnoq̄ ex re-  
uelatione sciuit) limen mariti: & aditura sum hodie claros penates:  
id est thalamos: e tenebris. Nec sū dura: vt sup. dicis: sed sup. seruo  
fidem: tu aut̄ gaudes sanguine: nō ego. & tu es auctor durissim⁹ tā-  
ti sceleris. q. d. ego non cōsului nec volui: vt quisq̄ p̄ me moriatur  
sed quilibet per fidem christianam saluetur.

Hæc vbi dicta. videns atrox immota tyrannus

Pectora nec precibus flecti: nec verbere frangī:

Spe veneris posita iubet a lictore necandam

Necropolim duci. pullo velata cucullo

Atq̄ capistratis manibus de carceris antro

Truditur ambīqua faciente crepuscula nocte.

Aemonius Chiron media iam parte sub umbras

Iuerat: & lædæ funestam pignora noctem;

Acre. voluebant piceo: niger hesperus ote

F. Baptista Mantuani

pallidulo tristi per cœlum ascendere vultu

Vilis ab aspectu sceleris noua luna nephandi

Cornua substraxit: nubes teterrima clausit

Aethereo ignes & conscientia sidera morti.

Auditæ halcyones graibus lamenta querelis

Spargere per littus: in cœstosq; ad funera cantus;

Edere, & aquoreæ volucres dare flebile carmen.

Est locus ad boream pelagi porrectus ad vndas

Densa vbi siluestrem faciunt spineta recessum.

Areaq; in medio. crebris ibi terra sepulchris

Surgit: & in tumulos fossæ cumulantur harenæ:

Sacra cadaueribus tellus: polyandron Hellas

Voce vocat patria: nudis passim ossibus alber

Vrticis umbrosus ager graibusq; cicutis

Et nigris ebuli baccis & olente Sabuco.

Campus iners & sepiuagis domus apta colubris,

Hos ingressa locos durus dum brachia lictor

Expedit inuertens manicas: dumq; explicatensem

Sanguineum, virgo cœlum suspexit & ignes

Aethereo, taliq; deum sermone precata est.

O pater exiguae tanto pro munere grates

Soluimus: ingentes autem debere fatemur.

Tu graibus pressam tenebris in clara vocasti

Lumina: tu manes tu das superare tyrannum:

Et modo tam vario functam discrimine tandem

Ad palmam regnumq; vocas. da numine dextro

Egressus animo faciles: reditusq; secundos

In patriam cœliq; domos. hanc accipe mentem

Et prolem ne sperne tuam de fauce reuulsam

Ditis: & oranti famulæ tua limina pande.

Et si quando memor quisq; certaminis huius

Implorabit opem: pater exorabilis esto.

Finierat: subito vox audita per auras.

Annulmus. secura veni. tum poplite flexo

Et crucis explicita per pectus imagine lictor

Verberat orantem gladio. pro cede cruenta

Lac niueum fluxit: tellus incanduit albo

Sanguine. lingua deum neruis delusa recisis

Personat: & moriens verba imperfecta relinquit.

Cæsa solo iacet atq; in cœlum vita recessit.

¶ Hæc vbi dicta. Hic diuæ virginis martyrij consumationē & p̄ces  
precūq; exauditionē diserte cōmemorat. Ordo ē. V bi. i. postq; hęc  
dicta sup. fuerant a virgine: tyrānus atrox. s. maxētius videns pe-  
ctora sup. catha. imota: nec flecti p̄cibus: nec frangi verbere: iubet  
eam necandā. i. occidēdam duci a lictore necropolim. i. vt dixi ad  
ciuitatē mortuorū ad locū vbi corpora sepeliebātur: & hoc spe ve-  
neris. i. cōcubitus: posita. i. deposita. Catharina igit̄ velata. i. tecta  
pullo. i. nigro cucullo. i. indumento rusticō & vili: atq; manibus ca-  
pistratis. i. habēs manus capistratas. i. capistro vir̄ctas: trudīt de  
antro carceris: & hoc nocte ambigua. i. cū die certāte: faciente cres-  
puscula. i. tpa ea quibus nox diē pellere icipit. sicut diluculū mane  
dicitur qñ discerni lux diei a noctis tenebris. Chiron æmonius. i.  
thessalicus: hoc est signū sagittarij in quod chiton versus dicitur  
iuerat iam media parte sub vmbras. i. inceperat occidere. Dicitur  
enī vulneratus sagittis herculis sanguine hydræ tinctis extinctus:  
& post nouem dies inter astra locatus. Vnde Ouidius. Nona dies

T

Sagittarij

aderat: cū tu iustissime chiron Bisseptē stellis corpore iunctus eras.  
 Et cū supple pignora. i. filij: lædē. f. castor & pollux: qui in gemis  
 norū signa trāslati singūtūr: voluebāt aere piceo. i. suffusco nocte  
 funestā. i. funere virginis cōtaminandā. hesperus. i. stella vesptina  
 qui & vesperus appellat: niger. i. offuscatus: cūm sit cādidissimus  
 visus supple est ascendere per cœlū: quasi refugeret nocte visus est  
 retrocedere. nō enī ascēdit tpe vespertino sed descēdit. nec dicit q.  
 ascēderit sed q. visus sit ascēdere: ore pallidulo. i. aliquātulum pal-  
 lido: & vultu tristi. Luna subtraxit cornua noua. i. inouata lumine  
 quo ad nos: ab aspectu nephādi sceleris: nubes tētrima. i. maxie  
 atra clausit. i. abscondit: ignes æthereos. i. sidera: & p id est sidera  
 cōscia supple visa morti: hoc est omnia visa sunt subtristia. sicut in  
 resurrectione dñica: lēta. Halcyones: volucres ille marinæ in quas  
 cęyx cum cōiuge versi dicūtūr: que tēpore summæ tranquillitatis:  
 hoc est hyberno: in mari nidificant: screatuq. suo malū portēdunt  
 auditæ supple sunt spargere per littus lamēta cum graibus qrelis  
 & edere. i. emittere cantus mœstos ad funera supple futura: & volu-  
 cres æquoree. i. marinæ vt fulicæ supple auditæ sunt dare carmē fle-  
 bile. i. querulosum. ¶ Est locus &c. More vergiliano (vt dixi) locū  
 prius describit q. quid i eo actū sit dicat. Locus igif est ad boreā. i.  
 septētrionē verius: porrectus. i. extēsus ad vndas pelagi: vbi. i. in  
 quo: spineta densa. i. frutices spinarū illic dense crescentiū: faciunt  
 recessum silvestre. i. siluis ob sitū & circūdatum: & area. i. locus pla-  
 nus est sup. in medio: & terra surgit. i. tumet ibi crebris sepulchris:  
 id est tumulis: & harenæ fossæ. participiū est a fodior. i. per fossio-  
 nem aperte: cumulātur. i. aggerūtūr: in tumulos. i. ad cōstructionē  
 tumorū: quæ supple est tellus sacra. i. dicata cadaueribus: & sup.  
 quod hellas. i. græcia vocat voce. i. appellatione patria. i. græca.  
 polyandron. i. multorū virorum locū seu sepulchrū. Nam poly-  
 dicitur multū & andros vir: & polyandros multos viros habens.  
 Latini etiā usurpant hoc vocabulū: vt legitur in officio recōcilia-  
 tionis violatæ ecclesiæ. Sane more vergiliano relativū subtraxit:  
 & potissimum vbi dubites in quo genere ponas: an cū antecedēte: an  
 cum sequēte. vt Est locus hesperiā grāi cognomine dicūt: vbi ele-  
 ganter subintellexeris quā: & grāmatice quem. sicut hic. Est locus  
 quod polyandron græci dicunt: vel quē &c. Nota: est enim seruia  
 ana regula: quoties relativum inter duo substantiua ponitur: si se-  
 quens est propriū: ipsum debere sequenti cōformari in genere nu-  
 mero & casu: sī appellatiū vtrius. maxime autem intercedente  
 verbo substatiuo aut vocatiuo sequēti adheret. Ager albet passim

## Polyādriō

Relatiui  
substractioRegula  
seruiana

id est p singulos passus nudis. i. a carrie nudatis ossibus: & est vma  
brosus vrticis & grauibus. i. mortiferis aut magnis cicutis: herbis  
illis veneni vim habetibus: & nigris baccis. i. fructib⁹ ebuli illius  
fruticis: & fabuco arbore illa in locis desertis crescēt: olente: id est  
grauis odoris. (Vulgus sambucū vocat) existens supple cāpus. i.  
locus capax & largus: iners. i. inutilis & desertus: & domus apta co  
lubris. i. serpētibus sepiuagis. i. inter sepes vagari solitis. Virgo. f.  
catharina īgressa hos locos (nā pro locis terrarū etiā locos dicim⁹).  
vt primo aenei. Deuenere locos: & explorare locos &c. interea sup.  
dum lictor durus aut dirus: expedit. i. aptat brachia: inuertēs id est  
reuoluēs manicas: & dum explicat. i. euaginat ensē sanguineum  
id est sanguinolentū: suspexit id est sursum aspexit cœlū: & ignes  
æthereos: id est stellas: & precata est deū tali sermone. O pater sup  
ple coelestis nos soluimus: id est referimus exiguae. i. valde modi  
cas grates: id est gratias pro tanto munere. i. pro corona & aureola  
martyrii: autem pro sed: nos fatemur debere ingentes: id est valde  
magnas supple gratias: quia tu vocasti sup. me pressam grauibus  
tenebris: scilicet carceris aut vitæ huius: in clara lumina. i. coelorū:  
& tu das superare manes: id est inferos: hoc est spiritus infernales:  
& tu das superare tyrannū: scilicet maxentiū: & vocas tandem id est  
post magnū desideriū me functā. i. perfunctā & liberatā modo va  
rio discriminē: id est periculo: scilicet precū/minarū/blanditiarū/  
tormētorum/ambitionū &c. ad palmā: id est coronā victoriae: &  
ad regnum: vt scilicet tecum regnē. (Palma vt dicit plutarchus in  
problematis coronantur summi victores: nō quia semper vīreat:  
sed quia lignū eius cōtra pōdus renitur: vt fortes cōtra aduersa)  
Da animo. i. sp̄itui meo: egressus id est exitus faciles: dextro id ē  
pspero & benigno numine tuo: & da secūdos. i. prosperos redditus  
id est ingressus in patriā & domos coeli. accipe hanc mentē. i. aiam  
aut volūtate: & ne sperne: pro ne spernas: tuā prolem reuulsam. i.  
liberatam de fauce: id est deuoratione dītis. i. platonis: hoc est de  
monis infernalis: & pāde id est apieri supple mihi famulæ tuæ orāti  
id est precanti tua limina. i. ianuā regni tui. Et o pater si quisq; me  
mor huius: id ē mei certaminis implorabit quādo: id est aliquādo  
opem. i. auxiliū tuum: esto exorabilis: id est facilis ad exorandum  
id est ad impetrandū a te quod petierit. Finierat supple catharina  
sermonē: cum vox audita est subito per auras dicens supple. An  
nuim⁹. i. approbamus cōcedimus qđ petis: veni secura. i. scorsum  
a cura: tum. f. deinde lictor verberat gladio supple catharīnā oran  
tem: & hoc poplite. i. poplitibus hoc est genibus eius: flexo. i. cur  
T ij

Locas

Palma

uatis. (Poples ē post genu sup suras. Peccāt qui poplex sicut q̄ locuplex scribūt) & imagine crucis explicita. i. per explicationē dexteræ facta: p̄ pectus. f. virginis a virgine. Lac niueū. i. cādidiſſimū fluxit p̄ cēde crūēta. i. loco cruoris qui ex cāde tali effluere solet. & tellus incādūit. i. alba facta est: albo sanguine. lingua delusa. i. defraudata: neruis recisīs. i. intercīsis: p̄sonat dēū. i. laudē aut inuocatōnē dei. & ipsa moriēs relinquīt verba. imperfecta. i. nō p̄fecte plāta & ipsa cāſa. i. decollata: iacet. i. derelinquit a lictore: solo. i. in terra atq̄ vita. i. aīa in q̄ vita permāſit: recessit in cōclū. Sic verg. in fine ænei. de aīa Turni. V itaq̄ cū gemītu fugit indignata subymbras.

**Affuit extemplo superum de sedibus agmen**

**Spirituū duplex: vnum quod corpore nudam**

**Suscipiat mentem: dulciq; ad sidera cantu**

**Transferat, exanimes aliud quod tolleret artus.**

**Insolita noua luce dies in nocte reflūſit:**

**Arq; repentinum subito cum lumine fulgur**

**Emicuit ceu cum frangit caua hubila fulmen**

**Cum grauiſ ardentem succendit iulius æſtum.**

**Euolat attonitus lictor: trepidiq; ministri**

**Corripuere fugam. toto symphonia cōclō**

**Spargitur. & mixta vocum dulcedine carmen**

**Astra petit. sensimq; abiens discedit ab aure.**

**Visaq; per cōclī tractus ascendere nubes**

**Lucida; persimilis soli lucentior astro**

**Luciferis & claro rutilantem lumine caudam**

**Ducere & ignifero ferti vltra sidera cursu.**

**Et caput insertare polo. patuere tonantis**

**Atria. curvatus læto pater obuia vultu**

Brachia diffundens reduci dedit oscula natæ.  
 Et trīplici claram radiauit sidere frontem.  
 Altera spirituum legio collegit ab hortis  
 Balsama iudaicæ aloes myrræq; liquorem:  
 Ablutosq; vadis artus & odoribus vngtos  
 Aereum per iter rubri trans æqua ponti  
 In montes arabum summæq; cacumina Sínæ  
 Transtulit. & corpus pario clausere sepulchro  
 Quod superum fecere manus: O p balsama semper  
 Marmor odoratum sudat: quibus ægra iuuantur  
 Corpora: difficiles isto cæromate morbos  
 Indigenæ pellunt. sacros Alabastra liquores  
 Arq; salutares lachrymas oleisq; fluentis  
 Accipiunt guttas. membris honor iste sepultis.

FINIS.

Affuit extēplo. In hac vltima parte describit auctor admirabile  
 diuq; virginis sepulturā. **O**rdo est. Duplex agmē. i. duplex exer-  
 citus qui ductu dei agit: spirituū. s. beatorū: affuit extēplo .i. illico  
 post decollationē catha. de sedibus superū p superiorū: hoc est cœle-  
 stium: vntū sup. agmē fuit: qđ suscipiat mentē. i. animā nudam. i.  
 nudatam corpore: & transferat. i. transportet ipsam ad sidera sup.  
 cū dulci cantu. Aliud pro eo qđ est alterū sup. agmen: affuit: quod  
 tolleret. i. asportaret: artus exanimes. i. mēbra sine aia hoc ē demor-  
 tua. Dies noua. i. claritas diei nō vulgaris resulſit in nocte: luce iso-  
 lita. i. inconsueta. Atq; fulgur repētinū. i. claritas cœli repete exor-  
 ta: emicuit: id est resplēduit cū subito lumine: ceu. i. velutū. qñ: ful-  
 men frangit. i. disrūpit: nubila caua. i. nubes vētoſas: sup. tūc: cum  
 iulius. i. calor iulij mēlis succendit estū ardente. i. ardorem estiūm  
 Lictor attonitus: id est stupefactus: euolat: id est subito cursu se-  
 eripit: aut proripit: & ministri. s. lictoris: trepidi: id est prē timore

T iii

### F III Baptista Manuanus

trepidantes & festinantes: corripuere. i. simul arripiuere fugā. Simphonia. i. consonantia seu concentus angelorū spargitur toto coelo: & carmē. i. cāticū laudis & letitię: petit astra. i. extollirur ad astra & hoc dulcedine. i. dulci modulatione vocū: mixta. i. admixta: & ipsū carmē abiens. i. discedēs sensim. i. paulatim ita q̄ sensu percipi posset: discedit ab aure. s. fugītiū: & nubes lucida. i. clara & splēdida p̄ quā aīa catha. denotatur: visa est ascendere per tractus coeli existēs p̄ similiſ. i. valde ſimiſ foli: & lucētior. i. resplēdētior astro luciferi. i. ſtellæ matutinę. & viſa eſt ducere caudā rutilantē. i. conuſcantem: claro lumine. & ferri. i. aſſumi: ignifero cursu. i. quo ignis ascēdit vltra ſidera. i. vltra coelū ſtellarū: in empyreū. s. & viſa eſt insertare, i. inſerere & imponere polo. i. coelo: caput. Atria tonat̄is id eſt penetralia dei altitonat̄is: patuere. i. aperta ſūt viſa. Pater. s. coeleſtis: curuatus. i. inclinatus & diffundēs lēto vultu. i. hilariitate vultus: brachia obuia. i. obuiantia: & obuā protēſa: dedit natae. i. filię: hoc eſt aīe diuę virginis: reduci. i. reuertenti: oſcula. & radiauit. i. exornauit p̄ diademate: clarā frontē. s. virginis: triplici ſidere id eſt triplici aureola. virginū: martyrū: & doctorū. Altera legio. i. ſecūdū agmē angelorū ad ſepulturā demiffū. collegit ab hortis iudeis. i. arabicis. balsama & liquores aloes & myrrę. quib⁹. s. cōdiūtur vt a putredine conſeruent defūctorū corpora: & trāſtulit. i. trāſportauit: artus. s. catha. ablutos syndis. i. aquis fluuialib⁹: & vñctos odoribus. i. vnguētis p̄ iter aereū: trans equora rubri pōti. i. maris: in montes arabū & in cacumina ſinæ ſup. montis: vbi mōſes p̄cepta diuīna ſuſcepit. & clauſere corpus. s. catha. ſepulchro pario. i. de marmore candido quale in paro iſula plurimum eſt: qđ ſup. ſepulchrū man⁹ ſuperſi. i. coeleſtū ſpirituū fecere: & ita laus ſumitur a materia & artificib⁹. Marmor. i. ſepulchrū illud marmoreū: odo ratum. i. vnguentis imbutū: ſudat. i. diſtillat: ſemp opobalsama. i. ſuccos balsami: quibus corpora egra iuantur. i. leuantur ab egritudinibus ſuis. Indigenę. i. homines inde. i. ex eo loco nati: pellit iſto cēromate. i. vnguēto: morbos difficultes ſup. curatu. i. qui alioquin curari non poſſiunt. Alabafra. i. vafa vnguetaria ex alabastro accipiunt ſacros liquores. i. ipſi conſeruant in alabaſtris ſanctum oleū ex ſepulchro diuę virginis & martyris deſluens: & accipiunt la chrymas ſalutares q̄ pro. i. guttas olei fluētis. i. ex ſepulchro manatis abunde. Iſte. i. iſtiusmodi honor eſt mēbris ſepultis. s. diuę virginis: & per eam acclamationem claudit auctor opus ſuum. Et noſ quoq̄ finem facimus.

Deo gratias.

Francisdi Cereti Parmensis Iuris P̄tificii Scolaris  
Studioſiſſimi in Inuidum Lectorem Carmen.

**I**Nuide quid tantſi iuuat excandescere lector?  
Et Rhodiis Linguax ponere ſacra focis?  
Therſitæ ſimilis ſine ſenſu & mente loquenti  
Cur facis in Vatem verba Canina pium?  
En merito ſceleris tanti dabis improbe poenas:  
Edere ſcis grauius q̄ maledicta pati.  
Liuide ſi nefsis Superum Regina Poetam  
Hunc fouet: & Coſto nata parente Dea:  
In quarum Laudes quantum certauerit; arte  
Pindarica fulgens teſtificatur opus.  
Nulla erat (infandum facinus) reuerentia cœlo:  
Squalidus inculto numine Christus erat:  
Hic plius ad ſedes hominem reuocauit olympi:  
Reſtituens noſtro myſtica Sacra deo.  
Protulit in lucem veterum monumenta parentum:  
Quicquid & a Chriſto lex noua noſtra capit.  
Ergo tuos tandem mores depone ferinos:  
Et memori vatis pectore nomen habe:  
Detur & Euripidis verſum tranſfertre ſepulchro  
Qui ſuit Aemathio conditus ante ſolo:  
Nulla ætate tua o vates monumenta peribunt  
Fatidicæ Mantus; Virgiliq; nepos,  
**FINIS**

**C**Excandescere ē  
ira & inuidia in-  
flammari.  
**C**Rhodiſi foci  
ſunt qb̄ herculi  
cū exēratiōib̄  
ſacrificat ut pri  
dictū ē: ſūt ergo  
maledici & exē  
cratiui.

**C**Therſitē pri  
deſcripſimus ut  
index monſtrat

**C**Edere. i. emi  
tere maledicta: q̄  
ſtult⁹ pati neqt.

**C**Pida⁹ ſum⁹  
lyric⁹ apud græ  
cos.

**C**In culto numi  
ne: honestis. ſ.  
carminibus non  
dum culto.

**C**Reuocauit ho  
minem. i. ſtudiū  
humanū ad deſ  
laudes.

**C**Ferinos .i. ad  
feras ptinētes.

**C**Euripides tra  
gic⁹ poeta claris  
ſimus.

Solo æmathio  
i. terra theſſalica

**C**Fatidicē māt⁹  
& mātue pri⁹ me  
mīnīm⁹: idicē ſe  
quere.

**C**Nepos virgi  
lii quia compa  
triota dicitur.

三















